


Ioanni Cincinnio Lippiensi Werdens. A° dñi. 1520. att. 4.



DE CAUSA BOEMICA.

Opus Ioannis Hussitæ Boemii in Concilio Constantiensi damnati caute legendū

PAVLVS CON
STANTIVS.

Vulgo refragari quosdam celeberrimi
Constantiensis Concilii sententiæ, qua
HUSSITÆ
damnati sunt, constat. Quare uisum est
mihi hūc ea de re in lucem edere librum,
ut uideatur a doctis quibusdam scriptum.
Quo palam fiat uniuerso orbi, qua ex
causa Hussitæ damnati sint, & Sanctæ
Romanæ Ecclesiæ, celeberrimiq; Con
cilii illibata maneat auctoritas.

Caute lege.

¶ Lector animum affer liberum, ron
chos, supercilium & rugas ablega
ad Hæreticorum Inqui
sitores.



IRI

M A T E R I A R V M

A bsoluer e quomodo non possunt presbyteri	Capite x.K.litera
A bsoluer e a peccatis quid est, & quomodo fit	cap.x.H.& I.
A bominatio desolationis quid est	cap.xvi. I. & xxi.M.
A ntichristus quomodo potest esse Papa	cap.xiii.C.
A ntichristus est omnis malus Prælatuſ	cap. xv.K
A postolica ecclesia quare dicitur ecclesia	cap.ii.D.& vii.D
A postolus quid est uel quis est	cap.xvii.B
A postolicus uir quis est	cap.xviii.C
A ppellatio a mandato Suinonis & Papæ	cap.xviii.L
A ppellatio Lynconensis a Papa ad deum	cap. xviii.M
A mandi modus Christum est multiplex	cap.ix.L
A rgumentorum solutio de ecclesia	cap.v. I per totum
A rgumenta pro actibus neutris	cap.xxi.P
A ugustinus plus profuit ecclesiæ q̄ multi Papæ.	cap.xv.D
B aptismi negligentia in puero q̄ est nociua	cap.xxiii.K
B ene nihil fit sine caritate	cap.xxi.P
B eatificantes malos præcipitantur	cap.xvi.K
B onum est duplex	cap.xix.A
B onum de genere quid est	cap.xix.C
B laspheant deum qui male uiuunt	cap. xii.E
B ulla Clementis angelis mandans	cap.xii.C
C aput ecclesiæ si est Petrus	cap.ix.G
C aput ecclesiæ quid est	cap.iii.B
C aput ecclesiæ quando incepit esse Christus	cap.iii.C
C aput ecclesiæ Christus est	cap.iii.B
C aput uniuersalis ecclesiæ solus est Christus	cap.iii.A
C aput omnium hominum quomodo est Christus	cap.vi.C
C aput est duplex ecclesiæ	cap. iii.B
C apita plura potest habere particularis ecclesia	cap.iii.B
C aput quod disperdet deus quod est	cap. xvi.K
C aput ecclesiæ uniuersalis non est Papa	cap. xiii.G
C auda incuruans quis est	cap. xvi.K
C ircumstantiæ actus uel operis sunt octo	cap.xxi.O
C ardinalium opera quæ sunt	cap.xiii.H
C haritate efficiuntur omnia	cap.xxi.P
C hristus sponsus ecclesiæ	cap.ii.C
C hristus Romanus pontifex	cap.xii.A
C hristus baptizat ac consecrat	cap.xii.B
C hristus summus pontifex	cap.xii.B
C hristus non citatur, non excõicatur, sed pie uisitur	cap.xxi.G
C ephas quid interpretatur	cap.ix.K

I N D E X

Circumstantiæ operis medii	cap. xxi, D
Ciratus quando non tenetur comparere	cap. xxi, F
Ciratio illicita	cap. xxi, F
Claues tibi dabo quomodo intelligitur	cap. x, k
clauium abusus quomodo fit	cap. v, C.
claves ecclesiæ quid sunt	cap. x, D
clerus duplex, Christi & Antichristi	cap. xvii, k
concupinari manifesti missa non est audienda	cap. xxiii, E
confessio cordis sola ad salutem in necessitate sufficit	cap. x, G
congregatio bonorum & malorum in ecclesia	cap. v, B
constantinus priuilegium dedit ecclesiæ	cap. xv, E
consilium dei quid	cap. xvii, G
consilia euangelica præcipua sunt	cap. xii, & xvii, G
consentire peccato quis dicitur	cap. xxiii, F
comparere ciratus quando non tenetur	cap. xxi, F
comparere quare distuli	cap. xxi, I
corripere potest malum Prælatum subditus	cap. xxi, X
conuersatio hominis qualis, uel est bona uel mala	cap. xix, D
corrige qui uult alium qualis esse debet	cap. xxi, H
communicatio triplex	cap. xxii, D
corpus ecclesiæ non sunt cardinales	cap. xiiii, A
corporis ecclesiæ unitas	cap. iii, c.
contraria inesse eidem	cap. iii, A
credere quid est	cap. viii, F
credere prælatis quando debent subditi	cap. xix, I
D are spiritum sanctum non potest creatura	cap. x, F
Amnari non possunt prædestinati	cap. iiiii, G
Depositiõ paparum	cap. xvi, M
deligit christus ecclesiam quomodo	cap. iiiii, E
discipuli christi sunt duplices	cap. iiiii, G
diuisio ab ecclesia duplex	cap. iii, G
doctores qui consilium dederunt	cap. v, F
doctores sancti quantum docuerunt	cap. xv, D
doctores noluerunt informare studentes	cap. xvi, D
doctores quomodo sunt excommunicari	cap. xx, c.
E cclesia quid est secundum Augustinum	cap. xiiii, B
Ecclesiæ fundamentum	cap. vii, B
Ecclesia dicitur area	cap. v, E
Ecclesia quid est	cap. i, A.
Ecclesia uniuersalis	cap. i, B
Ecclesia dicitur tripliciter	cap. vii, B
Ecclesia duplex	cap. i, B, & v, I.

M A T E R I A R V M

Ecclesia malignantium.	Cap. pri. C. & vii. A.
Ecclesia una	cap. i. D. & a. D.
Ecclesia est summa creatura	cap. pri. E.
Ecclesia triplex, Militans, Dormiens & Triumphans	cap. ii. A.
Ecclesia quando est sponsa uirgo Christi	cap. ii. C. & D.
Ecclesia Apostolica quare dicitur	cap. ii. D.
Ecclesia quibus rebus comparatur	cap. v. B.
Ecclesia non consistit in hominibus ratione potestatis uel dignitatis	vii. C.
Ecclesia Romana quid est	cap. vii. D.
Ecclesia Romana prius quid uocabatur	cap. vii. F.
Ecclesia Christi quare uocatur Romana	cap. vii. G.
Ecclesia Christiana quando incepit esse	cap. vii. G.
Ecclesie ædificatio	cap. vii. C.
Ecclesie ædificatio si est in Petro	cap. ix. G.
Ecclesie particulares	cap. vii. F.
Esse in ecclesia dicitur multipliciter	cap. iii. F. & v. A.
Esse de ecclesia dupliciter dicuntur	cap. iii. F.
Episcopi boni sunt ueri Vicarii Apostolorum	cap. xv. A.
Error sacerdotum circa claues & circa sacramenta.	cap. v. D.
Errare potest Papa	cap. xvi. E. & xviii. N.
Examinare ratione, mandata superioris debet subditus	cap. xix. F.
Excusauit Christus Apostolos de non ieiunando	cap. xx. E.
Excommunicatio duplex, & quare fit.	cap. xxii. D. E. F.
Excommunicationem familie August. reprehendit.	cap. xxiii. I.
F ides duplex	cap. viii. B.
F ides est de occultis	cap. viii. C.
Fide deficiunt omnes mali	cap. viii. D.
Fidei proprietates	cap. viii. C.
Fides quid est, & quottuplex	cap. v. H. & viii. A.
Filiu sunt triplices	cap. iii. H.
Filiu ueri Dei qui sunt	cap. iii. F.
Fornicatoris presbyteri manifesti non est missa audienda	cap. xxiii. G.
Fundamentum ecclesie quomodo est fides	cap. viii. F. & ix. F.
Fundamentum ecclesie est multiplex	cap. ix. infra per totum.
Fundamenta ecclesie quomodo fuerunt Apostoli & prophetæ	ca. ix. F.
G raues & latrones sunt mali sacerdotes.	cap. xviii. G.
G ratia duplex	cap. iiii. H.
H ereticus Papa Liberius	cap. xiii. C.
H ereticus potest infici Curia Romana.	cap. xvi. M.
Hostia quare frangitur in tres partes	cap. ii. B.
¶ De litera I.	

I N D E X

- I**eronimi auctoritas ad Papam quomodo intelligitur Cap. xvi. K.
Imperium ad faciendum aliquid est duplex cap. xxi. S.
Imponunt onera importabilia cap. xx. F.
Interdictum quid est, & unde procedit cap. xxiii. G.
Interdictum quando incipit ca. xxi. H.
Interdictum quare fit iniustum cap. xxiii. I. per totum
Interdictum generale est malum cap. xxiii. M.
Interdicti grauitas cap. xxiii. K.
Interdicti multiplicatio est a malitia Cleri cap. xxiii. L.
Iudas significat omnes Prælatos malos cap. xiiii. G.
Iudficere hominem non præcepit in lege gratiæ Christus cap. xvi. G.
Iudicare seculariter noluit Christus cap. xvi. G.
Iudicare de operibus Prælatorum possunt subditi cap. xix. H.
Iustificatio impii requirit plura cap. x. E.
Kathedra Moysi quid est cap. xviii. D. E.
Kathedra pestilentia cap. xviii. F.
Lapis Christus in quo fundatur ecclesia cap. ix. D.
Lex dei est iudex cap. xvi. F.
Laici occisi & martyrisati pro confessione ueritatis cap. xxi. M.
Lex Christi est regula efficacissima cap. xv. D.
Liberum arbitrium potest laxari uel stringi cap. x. C.
Ligare quis potest & quomodo cap. x. G. H.
Ligare quomodo intelligitur cap. x. K.
Lignum scientiæ boni & mali cap. xxi. C.
Lynconiensis responsio ad literas Papæ cap. xviii. I. M.
Magnus quis est in regno cælorum cap. v. C.
Malum purum cap. xix. A.
Mandata Papæ illicita cap. xxi. K.
Mandata Apostolica quæ sunt cap. xviii. I.
Mendacia nostræ parti imposita cap. xvi. B.
Mercenarius quis est cap. xviii. G.
Membrorum ecclesiæ conuenientia cum membris corporis hūani iii. D.
Membrorum ecclesiæ a membris humani corporis differentia iii. E.
Medium uirtutis quomodo capitur cap. xx. D.
Missa indigna quam est mala cap. v. C.
Missa Clerici concubinariū manifesti non debet audiri cap. xxiii. E.
Mola asinaria quid est cap. xv. B.
Morte morietur qui non obedierit cap. xvi. H.
Neuter in cōuersatione non pōt esse homo habens rōnem ca. xix. D.
Neuterum opus cap. xx. F.
Nuptiæ Christi quando inceperunt, & quotuplices sunt cap. ii. C.

M A T E R I A R V M

Obedientia est triplex	cap. xvii. E. F. H
Obedientia capitur multipliciter	cap. xvii. c.
Obedientia deo debita est religiosissima	cap. xx G
Obedientiæ debent esse circumstantiæ	cap. xix, G
Obedit subditus prælato dum sibi in malo resistit	cap. xix, G
Obedire non oportet subditum Papæ in omnibus	cap. xx A
Obedire prælatis & iudicibus	cap. xvi, c. & xviii. Q
Obediuit deus homini	cap. xvii. D
Obiectiones contra diffinitionem ecclesiæ	cap. iii, A
Odit christus præfatos	cap. liii, E
Opus neutrum quod est	cap. xix, B,
Opus humanum est duplex	cap. xix, D
Opus medium quid est	cap. xxi, D
Opera prælatorum sunt discutienda a subditis ratione	cap. xix, H, I
Oculum pedum papæ	cap. xliii, I
Ovis quomodo est idem homo & lupus	cap. iii, G
Onera quæ imponunt hominibus	cap. xxi, k
Papa malus si est, maxime scandalizat populum	cap. xv. c
Papa uel alius prælatus notare debet conditiones Petri	cap. xxi, H
Papa unde dicitur & quot modis	cap. xliii, B
Papa laicus Constantinus	cap. xliii, B
Papa Agnes mulier	cap. xliii, B
Papa unde originem cepit	cap. xliii, D
Papæ ascripta falsè	cap. xvi, L
Papæ non obediendū in omnibus bonis de genere quæ præcipit	xx, A
Papæ ornatus superfluus	cap. ix. M
Pastor prælatus qui libet sit doctor	cap. xv, k
Paruipensio prælati iusta ratione peccati	cap. xvi, B
Petrus significat omnes bonos	cap. xliii, F
Petrus significabat ecclesiam	cap. liii, c
Petrus si uere dicitur petra	cap. ix, E
Petrus si est caput ecclesiæ	cap. ix, G.
Petrus in quibus præcallebat alios apostolos	cap. ix, I.
Petra supra quam fundatur ecclesia est christus	cap. ix, B
Peccata quis & quomodo remittit	
Peccatum prælatorum impediendum uerbum dei est pessimum	xviii, O
Peccati confessus est participatio peccati	cap. xxiii, F
Peccat grauius cuius culpa anima sine baptismo perit, q̄ si multos innocentes occiderit	cap. xxiii, L.
Pœnitentia quid est, & quid bonifacit	cap. x, E
Potestas quid est, & quortuplex	cap. x, A

I N D E X

Potestas secularis	cap. x. B.
Potestatis restrictio	cap. x. C
Potestas autentica & instrumentalis	cap. x. D
Potestatem sacramenta conferendi hēt quilibet sacerdos rite ordinatus	x. M
Potestas datur solum in ædificationem	cap. xviii. M
Potestatem quomodo usurpant sacerdotes	cap. xi. A.
Potestas multipliciter dicitur	cap. xi. b
Potestatem parem habent omnes episcopi	cap. xv. H
Præceptum dei quid est	cap. xvii. G
Præcipiuntur aliqua explicitè & aliqua implicite	cap. xv. E
Personæ circumstantiæ circa mandatum	cap. xxi. k
Prædicantium intentio qualis	cap. xvii. B
Prædestinatio quid est & quottuplex	cap. iiii. g
Prædestinatum se esse asserere sine reuelatione præsumptio est	cap. v. G.
Prædicatio est præceptum sacerdotum	cap. xx. H
Præscitus non est membrum sanctæ matris ecclesiæ	cap. iiii. D. E
Præsciti quibus rebus significantur	cap. v. F
Prælati mali non sunt ueri Vicarii	cap. ix. N
Prælati mali non sunt ueri Prælati	cap. xiiii. E
Priuelegium quod dedit Constantinus papæ	cap. xv. E
Prophetæ falsi qui sunt	cap. xvi. L
Prophanant clerici diuina multipliciter	cap. xiiii. F
Probare debet subditus mandatum præpositi si est licitum	cap. xix. F.
Puniuntur prælati pro peccato subditorum si non arguant	cap. xxiii. C. D.
Puniri quod debent clerici pro luxuria	cap. xxiii. E
R ecumbere in nouissimo loco quid est	cap. xiiii. K.
R ebellare Papæ in malo mandato est christo obedire	cap. xviii. P.
Recesserunt a uirtute aliqui	cap. xxi. N
Reges data sententia doctorum sunt in excōicatione	cap. xx. c
Remiseritis peccata quorum, quomodo intelligitur	cap. x. K
Romana ecclesia quid est	a. D.
Romano Pontifici nulli, præter Christum, de necessitate subest omnis humana creatura	cap. xii. C
Romana ecclesia quare primatum tenet	cap. xv. F
S acerdotes qui non sunt episcopi, significati sunt per Apostolos septuaginta duos	cap. xv. l
Sacerdotum malitia in quibus consistit	cap. xi. D
Sancti noluerunt uocari sancti	cap. xii. D
Scripturæ auctoritas	cap. xiii. F
Scandalum qui faciunt sacerdotes in ecclesia	cap. xv. B.

M A T E R I A R V M I N D E X

Scandalizat maxime Papa populum, si est malus	Cap. xv. C.
Sententia falsa nullius hominis est sequenda	cap. xvi. C.
Sedes Apostolica quid est	cap. A C D I P.
Sedes Christi quid est	cap. xviii. D.
Sedere in Cathedra	cap. xviii. F.
Sedes Dei sunt sancti	cap. xviii. Q.
Sedes Petri quid est	cap. xviii. R.
Sequi ueritatem super omnia	cap. xvi. G.
Solutio auctoritatum sanctorum	cap. xxi. A. & infra
Sponsus ecclesie Christus	cap. ii. C.
Sponsa Christi unica ecclesia uniuersalis	cap. ii. D.
Spes in quibus differt a fide	cap. viii. E.
Sponsum ecclesie nullus sanctus uocauit se	cap. ix. H.
Spiritum sanctum non dant homines	cap. x. F.
Soluere a peccatis quis potest & quomodo	cap. x. G.
Soluere qui non possunt sacerdotes	cap. x. K.
Subesse Romano Pontifici	cap. xii. A. C.
Stulticia Cleri unde	cap. xxiii. L.
Suspenso ecclesiastica quid est	cap. xxiii. A.
Suspendit de uis a diuinis	cap. xxiii. F.
Suspenso est multiplex	cap. xxiii. B.
Suspenduntur Prælati a diuinis	cap. xxiii. C.
V irtutis medium non est omnibus unum	cap. xx. C.
Vicarius uerus quis est	cap. xiiii. C.
Vicarium manifestum Christi quomodo cognoscere	cap. xiii. G.
Vicarius Antichristi	cap. xiiii. D.
Vicarius est uerus qui officium implet	cap. ix. N.
Veritatem sequi debet homo	cap. xvi. E.
Vincere habet potestatem bestia	cap. xi. C.
Vincunt filii dei per mortem bestiam	cap. xi. C.
Veritas quælibet quomodo noscitur	cap. xiii. C.
Vnum corpus est tota sancta ecclesia.	cap. iii. C.
Vnum corpus diaboli sunt omnes præsciti	cap. vi. A.
Vocare se Papas & sanctissimos nolebant sancti	cap. xii. D.

F I N I S

IOHANNIS HVSSITAE

DE ECCLESIA. CAPVT

PRIMUM.

Lector caute lege.



VM QUILIBET VIATOR A

debet fideliter credere Ecclesiā sanctam Catholicam. Sicut debet diligere IESVM Christū dñm spōsū illius ecclesiā, & ipsam Ecclesiā spōsam suam. Sed nō diligit ipsam matrem spiritualement, nisi ipsam saltem per fidem cognouerit, ergo debet ipsam per fidē cognoscere, & sic ipsam ut matrem p̄cipuam honorare. Pro eius ergo aliquali noticia est notan-

dum, q̄ Ecclesia primo significat domū Dei, factam ad hoc, ut in ea populus excolat Deum suū, ut primæ Corinth. xi. Nunquid domos non habetis ad manducandū, bibendū &c. Aut Ecclesiā Dei secundū August. i. domum orōnis contemnitis. Secundo Ecclesia significat ministros ad illam domū pertinentes, & isto modo Clerici p̄tinentes ad unam materialē ecclesiā uocant se Ecclesiā. Sed quia Ecclesia secundum Græcos dicitur congregatio sub uno regimine contenta, ut ii. Polit. cap. vii. docet Aristot. ubi dicit. *Εκκλησία* autē participat oēs. Ideo secundū istam significatiōē congregatio oīum hoīm dicitur Ecclesia. Iuxta illud Matth. xxv. Cum uenerit fili⁹ hoīs in maiestate sua, & oēs angeli eius cum eo, tunc sedebit sup sedem maiestatis suæ, & congregabunt ante eum oēs gentes. Ecce magna cōgregatiō oīm hoīm sub regimine regis Christi. Et quia non tota illa congregatio est Ecclesia sancta, ideo subdit, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis. Ex quo patet, q̄ una est ecclesia Oīū, B & altera Hædorum, una ecclesia sanctorum, & alia reprobōrū. Item Ecclesia iustorum, alia est Catholica, id est uniuersalis, q̄ non est pars ad aliam, de qua nunc tractabit. Alia particularis, q̄ est pars ad aliā iuxta illud dictum Saluatoris Matth. xviii. Vbi sunt duo uel tres con-

gregati in noīe meo ibi sum in medio eorum. Ex quo patet, q̄ duo iusti cōgregati in noīe Christi, sunt cum Christo capite particularis sancta Ecclesia, similiter tres, quatuor, & sic ulterius usq; ad numerū oīum p̄destinatorum, exclusiue. Et isto modo capif saepe Ecclesia in scriptura, ut pri. Corinth. i. dicit Apostolus. Ecclesiā q̄ est Corinthi sanctificate in Christo Iesu. Item Actū xx. Attendite uobis & uniuerso gregi in quo uos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiā Dei quam acquisiuit sanguine suo. Et isto modo iusti nunc uiantes sub regimine Christi in Archidiaconatu Pragensi, & p̄sertim p̄destinati sunt Ecclesia sancta Pragensi, & par est ratio de aliis particularibus sanctorum Ecclesiis. de quibus est illud Ecclesiast. xxiii. In ecclesiis altissimi aperuit os suum. Et illud eiusdē xxxi. Eleemosynas enar-

**Ecclesia
uniuersa
lis**

rabit oīs ecclesia sanctorum. Ecclesia autē sancta Catholica, id est uniuersalis, est oīm p̄destinatorum uniuersitas, q̄ est, oēs p̄destinati p̄sentis p̄teriti & futuri. Patet ista sententia per August. sup̄ Iohannē, sub cuius sententia xxxii. q. iiii. C. Recurrat habet, quomodo eadem Ecclesia p̄destinatorū currebat a mundi exordio usq; ad Apostolos, & ab hinc usq; ad diem iudicii. Nam dicit. Ecclesia quæ peperit Abel & Enoch & Noe & Abraham, ipsa peperit Moysen & p̄phetas p̄posteriores, ante dñi aduētum, & q̄ istos, ista & apostolos, & martyres nostrōs, & oēs bonos Christianos, omnes em̄ peperit qui diuersis p̄sibus nati apparuerunt. Sed societate unius populi continent. Et eiusdem ciuitatis ciues labores huius peregrinationis experti sunt, & quidam nunc experiunt, & usq; in finē experient. Ecce q̄ plane iste sanctus ostendit Ecclesiā Catholicā sanctā, & correspondenter loquit̄ ibidem statim de Ecclesia malignantium. Quæ, inquit, peperit Cain, Cam, Ismael & Esau, eadē ipsa peperit & Datan, & alios in eodem populo similes, & q̄ istos, eadem ipsa Iudam, pseudapostolos, Simonē Magum & ceteros usq; ad hęc tempora Pseudochristianos. Item affectione animali obduratos pertinaciter siue sint proximi in unitate, siue ap̄tensione dissentiant. Hęc Augustinus. Ex cuius sententia patet, q̄ unica est lacta uniuersalis ecclesia, q̄ est p̄destinatorum uniuersitas a primo iusto inclusiue, usq; ad ultimū futurū saluandū inclusiue, & claudit oēs saluandos, qui cōtinent numerū, de quo numero impleti do sancti interfecti sub altari habuerunt diuinū responsū, q̄ susti-

netent adhuc modicū tempus, donec impleret numerus cōseruorū
& fratū eorum. Apocalyp. vi. Deus enim omnisciens qui oīa in mē
sura pondere posuit, & numero p̄finituit quor hoies finaliter sunt sal-
uandi. Illa igit̄ uniuersalis Ecclesia est sponsa Christi. de qua est p̄cef-
sus Cantici canticorū, de qua Isaias lxi. Quasi sponsam decoratā co- **D**
rona & quasi sponsam ornatā monilibus. Ipsa est unica columba de
qua dicit Christus Cant. vi. Vna est columba mea p̄fecta mea. Hęc
est mulier fortis cuius domestici uestiti sunt duplicibus. Prouer. xxxi.
Hęc est regina de qua dicit Psal. Astitit regina a dextris in uestitu de
aurato. Ista est Ierusalē mater n̄ra, templum dñi, regnum cælorum,
& ciuitas magni, q̄ tota inquit August. Enchiridion xli. accipienda
est nō solū ex parte q̄ peregrinat̄ a solis ortu usq; ad occasum laudās
nomen dñi, & post cāptiuitatē uetustatis cantans canticū nouū, uerū
igit̄ q̄ in cælis semper, ex quo condita est, cohasit deo, nec ullū malū
sui casus experta est. Hęc in sanctis angelis beata persistit, & suæ parti
peregrinanti sicut oportet opitulat̄, quia una erit consortio æternita-
tis, & nunc una est uinculo charitatis, q̄ tota instituta est ad colēdum
Deum, unde nec totā, nec ulla eius pars, uult se coli pro Deo. Hęc Au-
gustinus. Hęc est sancta Ecclesia Catholica quam confitent̄ Christi **E**
ani immediate post fidē in Spiritū sanctum p̄petua. Primo, quia se-
cundum Augu. ut supra est summa creaturā. Ideo immediate ponit̄
post Trinitatē increatā. Secundo, quia amore Spiritus sancti Christo
matrimonio p̄petuo copulat̄. Et tertio, quia posita Trinitate cōgru-
um est ipsam habere templū quod inhabitat. Vnde August. ut supra
infert dicens. Deus ergo habitat in templo suo non solū Spiritus san-
ctus, sed & pater & filius, qui etiā de corpore suo per quod factum est
caput Ecclesiæ Dei q̄ in hoibus est, ut sit tenens in oibus principatū.
ipse ait. Soluite templū hoc, & in triduo reedificabo illud. Hęc Aug.
Ex cuius uerbis elicif, q̄ una est uniuersalis Ecclesia, a principio mū-
di usq; ad finem laudans Deū. Secundo, q̄ sancti angeli sunt pars ec-
clesiæ sanctæ catholicæ. Tertio, q̄ pars illius Ecclesiæ peregrinās siue
militans iuuat̄ ab Ecclesia triumphantē. Quarto, q̄ militans & triū-
phans unitæ sunt uinculo charitatis. Quinto, q̄ tota Ecclesia & quæli-
bet eius pars debet Deū colere, & nec ipsa nec eius pars uult coli pro
Deo. Ex quo consequenter sequif, q̄ non debent fideles in Ecclesiam

credere, cū nō sit deus sed domus Dei, ut ait Auguf. in expofitiōe fyn-
 boli. Sed debēt credere Ecclefiā fanctā catholīcā eſſe ſpōſam dñi Ieſu
 Chriſti, ſponſam dico pudicā, incorruptā, nec ualentē adulterari ſina-
 liter. Nam dicit B. Cyprianus epūs & martyr glorioſus xxiii. q. i. C. lo-
 quitur. Eccleſia una eſt q̄ in multitudinem latius incremento ſacun-
 ditatis extēdit. Et ſubdit. Vnum tñ caput eſt, & una origo, & una ma-
 ter ſacunditatis copioſa. Adulterari non pōt ſponſa Chriſti, incorru-
 pta eſt & pudica. Vnum dñm nouit, unius cubilis ſanctitatē caſto pu-
 dore cuſtodit. Hęc ille. Illa igit̄ ſancta eccleſia eſt uinea patriſfamili-
 as, de qua Grego. in Omelia ait. Conditor noſter habet uineā, uideli-
 cet uniuersalē Eccleſiā, q̄ ab Abel iuſto uſq; ad ultimū electum qui i
 fine mūdi nāſciturus eſt, quot ſanctos protulit, quaſi tot palmites mi-
 ſit. de qua etiam dicit S. Remigiſus in Omelia quadrageſimæ ſup il-
 lo uerbo Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum gnatione iſta & con-
 demnabūt eā. Sancta inquit Eccleſia ex duabus partibus congregat̄,
 altera eorū qui non peccauerunt, altera eorum qui peccare deſierūt
 Hęc ille. De ipſa etiā dicit Iſidorus de Summo bono cap. xiiii. Sācta
 inqt Eccleſia ideo dī Catholica, q̄ uniuersaliter p̄ oēm mundum ſit
 diſfuſa. De ipſa igitur Auguf. & Ambroſ. in ſuo cātico. i laudādo deū
 dicunt. Te per orbē terrarū ſancta confitetur Eccleſia. De ipſa per ſe
 Ambroſ. xxiiii. q. i. ſic loquitur. Quæ dignior domus Apoſtolicæ p̄di-
 catiōis ingreſſu q̄ ſancta Eccleſia? Aut quis p̄ferendus magis oibus ui-
 detur q̄ Chriſtus? qui pedes ſuis lauare hoſpitibus conſueuit, & quos
 cunq; ſua recepit domo, pollutis nō patiat̄ur habitare aetiſiis. i. opi-
 bus. Hęc Ambroſ. De hac igitur Eccleſia Pelagiſus papa xxiiii. q. i. C.
 Schiſma, allegat Auguf. dicentē. Duæ Eccleſiæ eſſe non poſſunt, in-
 fra dicens. Vnā uere ut ſæpe dictū eſt q̄ Chriſti corpus eſt, cōſtat. eſſe
 Eccleſiā, q̄ in duo uel in plura diuidi nō pōt. De ipſa igitur dicit Hie-
 rony. habetur de Poeni. di. i. C. Eccleſia. Eccleſia Chriſti eſt non ha-
 bens maculā, neq; rugā, aut aliqd̄ iſtiusmodi, qui ergo peccator eſt,
 aut aliqua ſorde maculatus, de Eccleſia Chriſti nō pōt appellari. Ipſa
 igitur uniuersalis ſancta Eccleſia eſt corpus Chriſti myſticū, dicente
 Apoſtolo Ephes. i. Ipſum dedit caput ſup oēm Eccleſiā q̄ eſt corpus
 ipſius. Et Coloſen. i. Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ. Et iterū. Pro corpe
 eius quod eſt Eccleſia. Et Ephes. v. Chriſtus eccleſiæ caput eſt, ipſe eſt

ECCLESIA CAPVT II.

saluator corpis ei⁹. Infra. Christ⁹ dilexit ecclesiā & tradidit semetipsū pro ea, ut illā sanctificaret, mundās eā lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhibeat ipse sibi gloriosā ecclesiā, nō habentē maculā aut rugī, aut aliqd eiusmodi, sed ut sit sancta & imaculata. Et isti textui innitūtur S. Doctores. Augus. de doc. Christ. Christus caput est ecclesiæ qd est corpus eius futurū cū illo in regno & gloria sempiterna. Greg. in Moral. xxxv. ca. ix. Quia Christus & Ecclesia idē caput & corpus una p̄sona est. Et sup̄ Ezech. omelia xv. Ecclesia est una substātia cum Christo capite suo. Et Bernard. sup̄ Cant. ser. xii. dicit. Ecclesia est corp⁹ christi carius q̄ id quod tradit morti. Et Paschali⁹ in li. de Sacra. corpis christi dicit prout in sacris scripturis reperitur. Ecclesia Christi seu sponsa Dei corpus Christi appellatur, profecto, quia generalis Christi Ecclesia corpus eius est, & Christus caput, & omnes electi mēbra dicuntur. Ex quibus unum colligitur corpus Ecclesiæ in uirum perfectū, & mēsuram plenitudinis Christi. Corpus autē Christi sponsa uidelicet Dei, iure Ecclesia dicitur. Iuxta illud quod Apostolus ait. Et erunt duo in carne una. Hoc, inquit, sacramentū magnū est in Christo & Ecclesia. Quod si Christus & Ecclesia in carne una suat, utiq; unū corpus, unū caput, sp̄sū singuli autē electi alter alterius mēbra, Hæc Paschalius. Ex iam dictis sanctorū plane elicitur, q̄ sancta uniuersalis Ecclesia est numerus omniū p̄destinatorū, & corpus Christi mysticū, cuius ipse ē caput, & sponsa Christi, quā ex dilectione maxima redemit suo sanguine, ut possideret eā gloriosā finaliter, nō habentē rugā peccati mortalis, aut maculā peccati uenialis, aut aliqd aliud ipsam uilificās, sed ut sit sancta & imaculata perpetue amplexans Christum sponsum.

CAPVT SECVNDVM

DICTO quid est uniuersalis sancta Ecclesia, & q̄ tantū est una sicut tantū unus est numerus oīm p̄destinatorum, & q̄ per orbem terrarū sit diffusa secundū sua mēbra. Sciendū est, q̄ ipsa **A** Sancta Uniuersalis Ecclesia tripartitur, scilicet in Ecclesiam triumphantē, Militantē & Dormientem. ¶ Ecclesia militans, est numerus p̄destinatorum dum hic uiat ad patriā. Et dicitur militans, quia exercet Christi militiam aduersus carnem, mundum & diabolum.



¶ Ecclesia dormiens est numerus p̄destinatorum in purgatorio patiens. Et dicitur dormiens, quia inibi existens iam beatitudinē non p̄meretur, eo q̄ Dei p̄ueniente & iuuante gratia in p̄senti meruit, ut post satisfactionē purgatorii in patria p̄mies. ¶ Ecclesia triumphans est, beati in patria quiescentes, qui aduersus Satanā, militiā Christi tenentes finaliter triumpharunt. Vna autē magna Ecclesia est ex oibus illis in die iudicii. Et in signū huius triplicis partis uniuersalis Ecclesiæ, dicunt Doctores sacramentum Eucharistiæ diuidi in tres partes. Primam partē immersam sacramento liquido dicunt significare Ecclesiam triūphantem, q̄ absorpta & inebriata est in tinctiōne diuinæ naturæ. **B** Ut loquitur caput Ecclesiæ Cant. v. ciues suos & cōmentales exhilarans. Inebriamini, inquit, charissimi. Duæ autē aliæ partes in manu dñi & merito Ecclesiæ purgādæ significant. Per illas duas partes quas sacerdos tenet in manibus, maior supposita significat Ecclesiam militantē, & minor innixa supposita signat Ecclesiam in purgatorio expectantē. Ipsa enim innitiē suffragiis militantis Ecclesiæ. Et p̄ istis duabus partibus geminamus p̄ces agno, qui est caput Ecclesiæ ut miserere nobis. Sed pro tertia parte ad cuius locū & requiē adspiramus petimus, ut idem agnus triplicis naturæ donet finaliter nobis pacem. Et hinc Christus secūdu suam humilitatē uisitauit tria loca Ecclesiæ scilicet Umbilicū nr̄æ habitabilis, triginta tribus annis in Iudæa Ierusalē conuersando. Limbum, in quo patres purgati sunt morsellum suæ ecclesiæ in anima extrahendo. Sed tertio finaliter ascendens in cælum cepit captiuitatē, quā post triūphum coronauit, ad Dei dexteram collocando. Ista est ergo triplex pars unius uniuersalis Ecclesiæ siue Catholicæ. Licet quotlibet sint particulares Ecclesiæ, est autē ipsa uniuersalis Ecclesia uirgo, sponsa Christi, uirginis, ex qua ut uera matre spiritualiter generamur. Virgo in quā tota pulchra, in qua nō est macula Cant. iiii. Nec habens rugam aut maculā. Ephes. v. & sancta & imaculata, & sic castissima secūdu se totā in patria. Hæc tñ fornicando cum adulterante diabolo, & cum multis membris eius, criminibus partialiter est corrupta. Verum tñ nunq̄ recipiē ut sponsa amplexanda, beatifice in dextera. In lecto sp̄si anteq̄ fuerit pura uirgo, omnimode sine ruga. Christus enim est sp̄sus uirginitatis, qui cum uiuit p̄petuo, nō licet sponsæ ab eo recedere fornicando spiritualiter

ECCLESIA CAPVT II.

Ideo de cælestium ciuū multitudinē dicit Apocalyp. xiiii. Virgines enim sunt, & sequunt agnū quocunq; ierit. Fuit autē Christus in principio mundi sponsus Ecclesiæ p̄destinatæ, in confirmatione autē angelorū dedit dotem parti sponsæ. Et sic in confirmatione Abel iusti & aliorū sanctorū usq; ad incarnationē manēte cōtinue eadē desposi-
 tionē. In incarnatione uero fecit secundas nuptias, creando quandā reginā partē totius Ecclesiæ, q̄ quadā pprietate dicit Ecclesia Christiana. Tunc enim dux & legislator noster familiaris alloquens sp̄o sam suam, ut dicit Apost. Hebræ. i. Per assumptionē humanitatis inducit arma n̄ra, & ut gigas superat hostes ecclesiæ, & docet quō pars Ecclesiæ ipsum ut sponsa zelotypa debet sequi. Vnde tota doctrina Christiana stat in ista orōne Ecclesiæ, qua rogamus sponsum per aduentum eius in carnē, ut doceat nos terrena despiciere, & amare cælestia. Despiciere. i. in affectione postponere, & amare sup oīa sponsum Christū. Ex his patet, q̄ uniuersalis sancta Ecclesia est unica sponsa Christi, uirgo finaliter castissima, quā sibi Dei filius ex dilectione æterna & adoptionis gratia in matrimonio copulauit, quā firmiter credimus dicentes in Symbolo. Credo unā sanctā Ecclesiā Catholicā, & de qua addit in secundo symbolo, & apostolicā. Dicit enim Apostolica ex eo q̄ Apostoli sunt partes plenæ in Spiritu purgatæ eiusdē matris Ecclesiæ, quam ipsi doctrina Christi & suo sanguine plantauerūt, & quorū doctrina & autoritate sui Vicarii iam regunt adulescentulā modo quæretē sp̄sū Ecclesiæ. Et sic loquit Decret. xxiiii. q. i. Monet inquit Leo papa petere priuilegiū ubicunq; ex ipsius æquitate fertur iudiciū. Ipse enim residet in cælis, uidens & procurans q̄ Deus liget & soluat. Vnde Bonifacius viii. in Extrauagante decretali dicit. Vnā sanctam Ecclesiā Catholicā, & ipsam Apostolicā uigente fide credere cogit & tenere. Vnitas autē Ecclesiæ catholicæ consistit in unitate p̄destinationis, Cum singula eius membra sunt unū p̄ destinatione & in unitate beatitudinis. Cum singuli eius filii sunt in beatitudie finaliter uniti. In p̄senti etiam eius unitas consistit in unitate fidei & uirtutum, & in unitate charitatis, prout deducit Augus. sup Ioanne sup illo uerbo Ioan. xvii. Ut oēs unū sint. Et in epistola ad Dardanū, exponēs illud. Expedi ut un⁹ hō moriat̄ pro populo. Caiphas, inquit, prophetauit, q̄ Deus filios suos congregaret in unū. Non, inquit, in aliquē

D

IOHANNIS HVSSITÆ DE

unum locum corporale, sed congregat in unum spiritum & unum corpus, cuius unum caput est Christus, & illam unitatem tangit Apostolus dicens Ephes. iiii. Solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, unum corpus, unus spiritus, unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus & pater omnium, nec dubium quin sine ista unione ut permittitur non est salus.

CAPVT TERTIVM

A SED contra iam dicta obicitur Primo per hoc, quod stante illa sententia nullus prescit esset pars sanctæ matris uniuersalis Ecclesiæ. Cõsequens falsum, quomodo omnis Christianus sit pars illius Ecclesiæ, per illud Matth. xiii. Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congr. sup. quo dicit B. Grego. in Omel. Sancta ecclesia sagenæ missæ in mare comparatur, quia & piscatoribus est commissa, & per eam quisque ad æternum regnum a presentis seculi fluctibus trahitur, ne in æternæ mortis profundo mergatur. Confirmatur secundo per illud Matth. xxii. Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos uocare inui. ad nup. Qui egressi, congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos & malos, & impleta sunt nuptiarum discubentium, Vt dicit in Omel. Grego. Ecce iam ipsa qualitate conuuantium aperte ostenditur, quia per has regis nuptias, presens ecclesia designatur, in qua mali cum bonis conueniunt, permixta quidem diuersitate filiorum. Confirmatur tertio per illud Matth. xiii. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem. Item per illud Matth. v. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cælorum. In utroque dicto Euangelii secundum Grego. in Omel. xii. regnum cælorum presens Ecclesia dicitur. Quinto confirmatur per illud Lucae pri. Ipse uos baptisabit in Spiritu sancto & igne, cuius uentilabrum in manu eius, & purgabit aream suam. & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili. Vbi per aream designatur Ecclesia catholica, ut exponunt Doct. & presertim August. qui de fide ad Petrum cap. ultimo dicit. Firmissime tene, & nullatenus dubites aream dei esse catholicam Ecclesiam, & in ea usque in finem seculi, frumento mixtas paleas commisceri. Et habet istud dictum Augu

fini confirmationē per illud uerbū Christi Matth. xiii. Simile est reg-
 num cælorum ho. qui semen bo. se. in agro suo. Et post. Sinite utraq;
 crescere usq; ad messem. Pro istorū & dicendorū intelligentia opor-
 tet supponi ex Apostoli dictis, q; Christus est caput sanctæ uniuersa-
 lis Ecclesiæ, & ipsa eius corpus, & quilibet p̄destinatus eius membrū,
 & per consequens pars ipsius Ecclesiæ, q̄ est corpus Christi mysticum
 id est secretum, uirtute capitis Christi, & influentia regulatum, ac cō-
 pactum & connexum p̄destinationis uinculo. Patet ista suppositio
 ex illo dicto Apostoli Ephes. pri. Ipsum dedi caput sup omnē Eccle-
 siam q̄ est corpus ipsius. Item ex illo ubi in persona p̄destinatorū
 dicit Ro. xii. Multi unum corpus sumus in Christo. Et Ephes. iiii. Ipse
 dedit quosdā quidem apostolos, quosdā autē pphetas, quosdā euange-
 listas, alios autē pastores & doctores ad consummationē sanctorū in
 opus ministerii in ædificationē corpis Christi. Et infra. Veritatem au-
 tē facientes in charitate crescimus in illo per oīa qui est caput Chri-
 stus. Ex quo totum corpus compactū & connexū per oēm iūcturam
 subministrationis, secundū operationē in mensurā uniuscuiusq; mē-
 bri, augmentū corporis facit in ædificationē sui in charitate. Vteri⁹
 notandū, q; Christus dicitur caput Ecclesiæ, ideo, quia est p̄sona di-
 gnissima in humano ḡne, conferens oibus membris eius motum &
 sensum. Sicut enim in hoīe caput est pars eius p̄stantissima, confe-
 rens ipsi corpori & partibus eius motum & sensum, sine quo nec cor-
 pus nec aliquod membrū eius p̄t naturaliter uiuere. Sic Christus est
 persona q̄ est uerus deus & homo, conferens uitam spirituale & mo-
 tum ipsi Ecclesiæ, & cuiuslibet membro eius, sine cuius influxu nō p̄t
 uiuere uel sentire. Et sicut in capite hoīs sunt oēs sensus, sic ī Christo
 sūt oēs thesauri sapientiæ & sciētiae dei absconditi. Vt patet Coloseñ.
 ii. Vnde supradicta sententia implicat per Apostolū ibidē ad Colo-
 señ . i. dum dicit. Oīa per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante
 omnes, & oīa in ipso constant, & ipse est caput corpis Ecclesiæ, q̄ est
 principium primogenitus ex mortuis, ut sit in oibus ipse primatum
 tenens, quā in ipso complacuit oēm plenitudinē habitare, & p̄ eum
 reconciliare oīa in ipsum. VNITATEM uero corpis Ecclesiæ ostē-
 dit Apostolus pri. Corinth. xii. Ostendens primo, q; diuisio gratiarū
 ministratiōnū & opationū procedit ab uno spirituali dño, qui ope-

B

C

ratur in omnibus. Oportet enim gratiã precedere q̄ sit. principiũ ministrandi in clericis, & operandi in laicis. Spiritus autem dat gratiam, dñs recipit ministracionem, & deus exigit ministracionem. Alii inquit, dat per spiritũ sermo sapientiã, alii uero sermo scientiã secũdum eundem spiritũ. Alteri fides in eodẽ spiritu, alii gratiã sanitatũ in uno spiritu, alii operatio uirtutũ, alii pphetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarũ, alii interpretatio sermonum, & hæc nouẽ uidet Apostolus consequenter ordine suo in hoibus qui illa dona recipiunt, exprimere. Quosdã, inquit, deus posuit i ecclesia primo apostolos, secundo pphetas, tertio doctores, deinde uirtutes, exinde gr̄as curationum, opitulationes, gubernationes, gr̄a linguarum, interpretationes sermonũ, q̄ nouem aptanda uideat prioribus. Et ibidem faciens comparationẽ corporis ecclesiã & membrorũ eius, ad corpus naturale hois, dicit Apostolus. Sicut enim corpus unũ est, & membra habet multa, oĩa aut membra corporis cum sint multa, unũ corp⁹ sũt, ita & Christus. ¶ Triplex aut conuenientia & triplex differentia membrorum corporis mystici & corporis humani est notanda. Sicut enim membra constituunt unũ corpus cui aniã copulat. Et iterum, Sicut omne membrũ est cuiusq̄ alteri necessariũ, cum iuuant se recipere in suis officiis, sic est de membris ecclesiã, ex ui cõmunionis & uinculo charitatis. Tertio uero, sicut mēbra se habent in suo regimine, sic & membra Ecclesiã. Cum secundũ Chrysostr. in de opere imperfecto, homo sit liber quidã cui tota religio Christiana inscribit. Sicut igitur est affinitas capitis ad pedes, sic ratio & affectio cõnectunt. Sicut etiã omne membrũ nobile uel ignobile sine contentione seruit spiritui. Sic oẽ membrum ecclesiã SINE CONTENTIONE MAIORITATIS ET obedientiã seruit Christo. Et sicut membra p̄minentia non de sua nobilitate supbiunt, sed faciũt suũ officium secundũ regimẽ animã ad suffragiũ singulorũ, sic debet esse de mēbris ecclesiã. Et sicut oculi & facies carẽt in opationibus tegmine, ne uelata deturpent & p̄parent ad ruinã. Sic Christus & Apostoli ex feruore charitatis & alienatione a feruore cupiditatis nõ erant temporalibus seculariter inuoluti, quales oculi debent esse eorum uicarii omnes clerici. Sed membra minus nobilia ut pudenda sunt cooperata, & sic est de contemptibilibus, per quos facies Ecclesiã expurgant.

Sine contentione maioritatis

Diuersitas autem inter membra istorū corporū sic notatur. Prima, **E**
 cum partes ecclesiæ continuant per gratiam, non respiciunt positio-
 nem uel ubitationem situs corporei ut respiciunt membra hominis.
 Secunda diuersitas, cum membra sint mystica, non repugnat, sed cō-
 uenit, q̄ unum membrū habeat diuersorum generū officia. Homo
 enim est quasi uniuersitas, ideo sibi conuenit instanter agere quantū
 potest. Tertia diuersitas est, licet membra ecclesiæ habeant uirtutes
 influxas a Christo. Sicut membra corporis habent uirtutes influxas
 ab anima, a quibus ponunt in esse membrorū, tamen influentia pri-
 or, & membrorum operatio est uoluntaria & gratiosa & meritoria.
 Amplius est notādum, q̄ sicut aliquid est in humano corpore, q̄ nō
 est pars ipsius corporis, ut sputum, flegma, stercus, apostema uel uri-
 na, & illud non est de corpore, cum non sit pars corporis. Aliud uero
 est in humano corpore tanq̄ pars eius ut omne membrum eius. Sic
 aliquid est in corpore Christi mystico, quod est ecclesia, & tamē non
 est de Ecclesia, cum non sit pars eius, quo modo est oīs Christianus
 p̄scitus, de ipso corpore tanq̄ stercus finaliter egerēdus. Et sic aliud
 est esse De Ecclesia, aliud esse In Ecclesia. Et patet quod non sequit̄. **De eccle-**
 Si quicunq̄ uiuantes sunt in ecclesia, tunc sunt de Ecclesia, sed ecōtra. **sia**
 Nam scimus zizania crescere inter frumenta, Coruū palci in eadem **F**
 arca cum columba, & paleam inhorreari inter grana, & tñ est incom- **In eccle-**
 municans distinctio inter ista, sicut exemplificatū est in corpe huma- **sia**
 no. Ita imaginari debemus de sancta matre Ecclesia, & ad hæc uadit
 textus pri. Iohā. ii. cum dicif. Nūc Antichristi multi facti sunt, ex no-
 bis prodierunt, sed non erant ex nobis. Nā si fuissent ex nobis, p̄man-
 sissent utiq̄ nobiscū. Sicut enim supfluitas procedit ex cibo & mem-
 bris solidis, dum tñ non sit ex eis. Sic purgamenta ecclesiæ sunt p̄sciti
 p̄cedunt ex ea, non tamē erant ex ea ut partes. Cū nulla pars eius ab
 ea finaliter excidit, eo q̄ p̄destinationis charitas q̄ ipsam ligat nō ex-
 cidit, secundū Apostolum pri. Corinth. xiii. & hoc probat Apostolus
 Romā. viii. dicens. Scimus autem quoniam diligentibus dominum
 omnia cooperatur in bonum, his qui secundum propositum scilicet
 p̄destinationis uocati sunt sancti. Nam quos p̄sciuit & p̄destinauit
 cōformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus i m̄ltis fr̄ib⁹.

Quos autē p̄destinavit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iustifica-
uit, & concludit pro p̄destinatis ex longa probatione dicens. Certus
sum quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; uir-
tutes, neq; infatigabiles, neq; futura, neq; fortitudo, neq; profundum, neq;
creatura poterit nos separare a charitate Dei, q̄ est in Christo Ihesu
domino nostro. Adhuc est notandum, q̄, ut multi dicunt, quadru-
plex est habitudo uiatorū ad sanctam matrē Ecclesiā. Quidā enim
sunt in ecclesia noīe & re, ut p̄destinati obediētes Christo catholici.
Quidam nec re nec noīe, ut p̄sciti pagani. Quidam noīe tantum, ut
p̄sciti hypocritæ. Et quidam re, licet uideant noīe esse foris, ut præde-
stinati Christiani, quos Antichristi Satrapæ uident in facie Ecclesiæ
condemnare. Sic enim Pontifices & Pharisei redemptorē nostrum
tanq̄ blasphemū, & per consequens hæreticum, qui p̄destinatus est fi-
lius Dei, Roma. pri. morte turpissima condemnarunt. **V**L Terius
notandum, q̄ nullus locus uel electio humana facit membrū sanctæ
uniuersalis Ecclesiæ, sed p̄destinatio diuina, respectu cuiuscunq; qui
p̄seueranter Christum sequit̄ in charitate. Est autē p̄destinatio secū-
dam August. de p̄destinatione sanctorū, diuina uoluntatis per grām
electio. Vel ut cōiter dicit̄. Prædestinatio est p̄paratio gratiæ in p̄nti
& gloriæ in futuro. Poniū autē de Pœni. dist. iiii. §. hinc propheta, du-
plex p̄destinatio. Vna, qua quis p̄ordinat̄ hic ad iusticiā, remissionē
peccatorū p̄cipiendam, sed non ad uitā gloriæ obtinendā, & isti p̄de-
stinationi non conuenit definitio secunda, dicta sup̄ius. Alia est p̄de-
stinationi, qua aliquis p̄destinat̄ ad uitam æternā in futuro obtinendā,
& ad istam sequit̄ prima, & non econtrario. Nam si quis p̄destinatus
est ad uitam æternā, cōsequenter inferet̄, ergo est prædestinatus ad ius-
ticiam, & si consequit̄ uitam æternā, ergo est consecutus iusticiā, sed
non conuertit̄. Multi enim fiunt participes in p̄nti iusticiā, sed pro-
pter defectum p̄seuerantiæ non fiunt participes uitæ æternæ. Vnde
de Pœni. dist. iiii. §. Hæc ergo dicit̄. Multi uident̄ prædestinati merito
præsenti iusticiæ, nō autē prædestinatiōe claritatis æternæ. Et fundat
positionē istam Gratianus in uerbo Apostoli ad Ephes. i. Benedictus
deus & pater dñi nostri IESV Christi, qui benedixit nos in omni be-
nedictione spiritali in caelestibus in Christo. Sicut elegit nos in ipso
ante mundi constitutionē, ut essemus sancti & imaculati in cōsp̄ctu

G
Opt.
nota

eius in charitate, qui p̄destinauit nos in adoptionē filiorū per Iesum
 Christum in ipsum secundū propositionē uoluntatis suæ in laudem
 gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificamur nos in dilecto filio suo, in quo
 habemus redemptionē per sanguinē eius in remissionē peccatorū.
 Et patet ulterius, q̄ dupliciter hoies possunt esse de sancta matre Ec-
 clesia, quia secundū prædestinationē ad uitam æternā quo mō oēs si H
 naliter sancti sunt de sancta matre Ecclesia. vel secundū prædestina-
 tionem solum ad p̄ntem iusticiā, ut oēs qui aliā accipiunt gratiam
 remissionis peccatorū, sed finaliter non perseverāt. Et patet ulterius
 q̄ duplex est gratia, scilicet prædestinationis uitæ æternæ, a qua præ-
 ordinatus non p̄t finaliter exidere. Alia gratia est secundū p̄ntem
 iusticiam, q̄ nunc adest & alio tpe abest, quia nunc accidit & nunc ex-
 cidit. Et prima gratia facit filios Ecclesiæ sanctæ uniuersalis, & facit
 hoiem quodāmodo in infinitū perfectiorē q̄ secunda, quia infinitū
 bonum confert ad perpetuo fruendū, & non sic secunda. Et prima fa-
 cit filios hæreditatis æternæ, sed secunda facit de o acceptos officiales
 temporales. Vnde uideē esse pbabile, q̄ sicut Paulus fuit simul blas-
 phemus secundū præsentē iniusticiā, & de sancta matre ecclesia, & cū
 hoc fidelis atq; i gratia secundū prædestinationē uitæ æternæ. Sic Sca-
 riorth fuit simul in gratia secundū p̄ntem iusticiā, & nunq̄ de sancta
 matre Ecclesia secundū prædestinationē uitæ æternæ. Cum defuit si-
 bi illa prædestinatio, & sic Scarioth licet fuit apostolus uel episcopus
 a Christo electus, quod est nomē officii, nunq̄ tñ fuit pars sanctæ uni-
 uersalis Ecclesiæ. Sicut Paulus nunq̄ fuit membrū diaboli, licet fecit
 quosdā actus actibus Ecclesiæ malignantiū consimiles. Similiter Pe-
 trus qui in graue incidit periuriū, ex permissione dñi, ut fortius resur-
 geret, nam in peccata talia, ut dicit Augus. expedit prædestinatos in-
 cidere. Et patet ex his, q̄ duplex est diuisio a sancta Ecclesia. Prima I
 est indeperdibilis, qualiter oēs præsciti ab Ecclesia sunt diuisi. Et secū-
 da deperdibilis, qualiter aliqui hæretici per peccatū deperdibile ab ip-
 sa sancta Ecclesia sunt diuisi, possunt tñ per Dei gratiā uenire ad ouil-
 le dñi IESV Christi. De talibus enim ipse ait Ioā. x. Alias oues hēo
 q̄ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Alias oues ha-
 buit secundū prædestinationē, quæ non erant ex hoc ouili, & ex sua
 Ecclesia, secundū p̄ntem iusticiā, quas adduxit ad uitā p̄ suā gratiam.

Et ista distinctio p̄destinationis & p̄sentis gratiæ ualde est notanda. Nam aliqui sunt oues secundum p̄destinationem, & lupi rapaces secundum p̄sentem iniusticiam, ut deducit August. super Iohā. Similiter aliqui sunt filii secundū p̄destinationem, sed nondum secundū p̄sentem gratiam, & istam distinctionem pro utraq; parte tangit August. super Iohā. xi. ubi dicit, Vt filios dei qui erant dispersi, congregaret in unum, Caiphas, inquit, de sola gente Iudæorū prophetauit, in qua erant oues de quibus ipse dominus ait. Non sum missus nisi ad oues q̄ perierunt domus Israel. Sed nouerat Euangelista esse alias oues quæ non erant de hoc ouili, quas oportebat adduci. Et ideo addit, & non tantū pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. Hæc autē secundū p̄destinationem dicta sunt. Nā neq; oues eius neq; filii Dei adhuc erāt, hæc Augus. Vnde quo ad hæc de Pœni. dist. iiii. §. Hoc ergo dicit. Hoc ergo modo non sunt filii nisi participes beatitudinis æternæ, & subdit, q̄ filii dicuntur tribus modis. Vel p̄destinatione tantū, sicut hi de quibus Iohā. ait. Vt filios Dei q̄ erant dispersi congregaret in unum. Vel p̄destinatione & sp̄e æternæ beatitudinis, sicut illi quibus dominus ait. Filioli adhuc uobiscū modicum sum. Vel tertio, merito fidei & p̄sentis iusticiæ. Non autē p̄destinatione claritatis æternæ. sicut hi de quibus dñs ait. Si dereliquerint filii eius legē meam, & in iudiciis meis non ambulauerint.

CAPVT QVARTVM

A Et iam notatis primo colligit, q̄ solus Christus est caput uniuersalis Ecclesiæ, qui non est pars ad aliam. Patet, quia si quis est caput illius uniuersalis ecclesiæ, tunc est melior angelis effectus, & omni spiritu beato creato, q̄ solum Christo competit. Hebr. i. Oportet enim ipsum esse primogenitū ex multis fratribus. Colosē. i. & per consequēs oportet ipsum esse capitaneum ex dignitate iuris primogenituræ. Patet deductio per Apostolum ad Colosē. i. ubi dicit Quod deus operatus est in Christo, suscitans eum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in cælestibus supra omnē principatum, potestatem, uirtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur nō solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & oīa subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput supra omnem ecclesiā, quæ est

corpus ipsius. Ex quo patet, q̄ si aliquis christianus foret cum Christo caput uniuersalis ecclesiæ, cum ipsa non potest esse monstrum, habes ex æquo duo capita, ut dicitur in Extrauagante Bonifacii viii. sic incipiens. Vnam sanctam. Igitur inquit Ecclesiæ unius, unum corpus, unum caput, non duo capita sicut monstrum. Oporteret cōcedere, q̄ ille Christianus qui esset caput illius Ecclesiæ, esset Christus. uel aliter concedere, q̄ Christus foret ipso inferior & humile membrū eius quod cum sit impossibile. Patet conclusio. Vnde sancti Apostoli cōfessi sunt concorditer se esse seruos istius capitis & humiles ministros ecclesiæ sponsæ suæ, nunq̄ aut̄ præsumpsit aliquis Apostolorum asserere, quod fuit caput uel sponsus dictæ Ecclesiæ, quia hoc foret adalterari cum regina cæli, & præsumere nomen dignitatis & officii. Dignitatis, quo ad prædestinationem æternam, & officii ad quod ex ordinatione æterna disposuit Deus Christum supreme regere sponsam suam. Istud etiam patet per beatum Auguf. in epistola ad Dardanū. Ipsa enim, inquit, habet solummodo unum caput, scilicet ipsam regens, excellens & exemplans in unum, tam regimen spirituale q̄ seculari. Vnde dupliciter potest intelligi caput ecclesiæ, uel internum uel externum. Internum, ut capitalis persona eiusdē ecclesiæ, & hoc dupliciter, uel quod præsideat quo ad bona corporalia eiusdem ecclesiæ, uel quo ad bona spiritualia in regendo. Caput externum est persona præsidēs subditis suæ naturæ, sed extra eorum numerum, q̄ dum influendo regit eos, dicitur illis caput. Et sic Christus est caput extrinsecum cuiuscunq̄ particularis ecclesiæ & uniuersalis secundū diuinitatem, & est caput intrinsecum uniuersalis ecclesiæ secundum humanitatē, & illæ duæ naturæ, diuinitas & humanitas, sūt un⁹ Christus, qui est caput unicū sponsæ suæ uniuersalis ecclesiæ, q̄ est prædestinatorū uniuersitas. Illa enim est hō qui descendit de cælo, & ascendit in cælū, ut dicit̄ Ioan̄. iiii. Non secundū se tota secundū caput, cuius descēsus nō fuit localis motio, sed incarnatio uel inantio. Et ascēsus fuit localis motio, qui partes alias corpis secū trahit. Vñ patet, q̄ nō repugnat particularē ecclesiā habere plura capita. Nā pōt habere tria capita, scilicet diuinitatē, Christi humanitatē, & Capitaneū a deo sibi pro regimie ordinatū. sed illa capita sunt subordinata, q̄ diuinitas supremum, Christi humanitas medium, & Capitaneus infimum.

Non pōt esse biceps ecclesia

B

- Ecclesia aut̄ uniuersalis, ut dictum est, habet duo capita. Vñ extrinsecum, quod est diuinitas, & aliud intrinsecum, quod est humanitas.
- C** Et ulterius uideſ ex his, q̄ Christus ab instanti principio mundi fuit secundum diuinitatē caput ecclesiæ extrinsecū usq; ad incarnationē. Ab Incarnatione uero est caput Ecclesiæ intrinsecum, secundū humanitatem, & sic tota Ecclesia sancta catholica semper habuit & habet Christū caput, a quo nō pōt deficere, cū sit sponsa charitate p̄petua ipi capiti colligata. Nā Jeremiæ xxxi. dicit sp̄sus ipsi ecclesiæ. In charitate perpetua dilexi te, & ideo attraxi te miserans. Toti ergo ecclesiæ ab initio semper sp̄sus p̄sēns adfuit secundū diuinitatē, qui futurus erat sanctis patribus secundum humanitatē. Vnde Auguſt. sup̄ psal. xxxvi. super illo uerbo Iunior fui, etenim senui, ad propositum sic loquit. Dñs enim ipse in corde suo, quod est Ecclesia, iunior fuit primis hominibus. Et ecce iam senuit, nostis & agnoscitis & intelligitis, quia in hoc positi estis, & ita credidistis, quia caput nostrum Christus est, corpus capitis nos sumus. Nunquid soli nos? & nō etiam illi qui fuerunt ante nos? Omnes qui ab initio seculi fuerunt iusti, caput Christum habent. Illū enim uenturum esse crediderunt, quem nos iā uenisse credimus, & in eius fide ipsi sanati sunt, in cuius & nos. Vt esset ipse caput totius ciuitatis Ierusalem, oibus cōnumeratis fidelibus, ab initio usq; in finem, adiunctis etiam legionibus & exercitibus angelorum. Vt fiat illa una ciuitas sub rege uno, & una q̄dam puinea sub uno Imperatore, foelix, in p̄petua pace & salute laudans deum, sine fine beata. Corpus aut̄ Christi quod est ecclesia, tanq̄ unus quidam hō iunior fuit. Et ecce iam in fine seculi in senectā pingui, quoniā de illa dictum est, Multiplicabunt̄ in senectā pingui, multiplicata est p̄ oēs gentes, & ipsius uox est, hæc Auguſt. In cuius uerbis liquet, quō Christus est caput ecclesiæ sanctæ, in quem uenturū secundū humanitatem credebant patres, ut esset eis caput humanitas, qui aderat eis p̄sēns diuinitus. In quo capite oēs electi cum sanctis angelis uniunt̄. Secundo, pro obiectione ex iam dictis colligit̄, q̄ nullus p̄scitus est mēbrū sanctæ matris ecclesiæ catholicæ. Nam solum unica est sancta mater Ecclesia catholica a principio mundi, q̄ impermixte amplexata est ex charitate perpetua a sponsi dextera post diem iudicii, ut patet ex supradictis, & ex autoritate Auguſt. p̄cedenti. Et cum ipsa non habe

bit alia membra post diem iudicii, q̄ habet & habebit ante diē iudicii, sed omnes post diem iudicii saluandi sunt p̄destinati, ergo nulli ex illis ante diem iudicii sunt p̄sciti, Et per consequens nulli p̄sciti, fuerunt membra ecclesie sp̄sae Christi. & cum par sit ratio de uno p̄scito sicut de reliquo, sequit̄, q̄ nullus p̄scitus est mēbrum sanctae matris ecclesiae catholicae. Item impossibile est Christum unq̄ non diligere sponsam suam, uel aliquā eius partē, cum necessario ipsam diligit, ut se ipsum. Sed impossibile est, ut aliquē p̄scitū sic diligit, ergo impossibile est ut aliquis p̄scit⁹ sit membrū illius ecclesiae. Antecedens patet per illud famosum principiū Quod nō potest deus quidq̄ de nouo cognoscere seu diligere, ut dicit Augu. vi. de Trinitate. Non enī potest deus incipere uel desinere, quidq̄ intelligere, uel actum uoluntatis elicere. Tum, quia est imutabilis tum etiā quia noticia aut uolitio diuina non dependet ab extrinseco. Ex quo uidef, q̄ Christus diligit totam ecclesiam ut se ipsum, quia aliquē sic diligit scilicet post diem iudicii, q̄n regnabit cū eo, ut patet ex processu Cant. canticorū, aliter enī non foret uerū matrimonium ex charitate perpetua Christi consentiētis ad diuinas nuptias, nec sponsus qui est una p̄sona cum sponsa, ipsam diligit ut semet ipsum. Ad hoc enī dicit Apostolus Ephes. v. Christus dilexit ecclesiam & tradidit semet ipsum pro ea, ut eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquae, in uerbo uitae, ut ipse sibi exhiberet gloriosam Ecclesiam, non habentē maculā aut rugā, aut aliquid hmoi, ut sit sancta & imaculata. Vnde Bernhar. sup Cant. ser. xii. dicit. Ecclesia est corpus Christi charius q̄ id quod tradidit morti Et patet ex istis, q̄ Christus debet semp diligere sponsam suā sanctam ecclesiam, sicut diligit post diē iudicii, & per idē odit quēcūq̄ p̄scitum, sicut unq̄ post diem iudicii. Cum enī de⁹ plene scit qualē finem quicunq̄ p̄scitus cum ipso faciet, & q̄tam p̄nitentiā faciet quicunq̄ p̄destinati casuri, postmodū perpetuo deo grati. Patet, q̄ quemlibet p̄destinatum criminofum plus diligit q̄ aliquē p̄scitū in quacunq̄ gratia fuerit temporalī, quia p̄destinatum uult habere p̄petuam beatitudinem, & p̄scitum uult habere ignē p̄petuum Vt patet in Psal. Odisti oēs qui operant̄ iniquitatem. Vnde quia

E

p̄scitorum supbia, eo q̄ deum odiunt ascendit semp post finalem
 in p̄nitentiã, non sunt de corpe Christi. Nam dicit B. August. in
 de uerbis dñi ser. liii. Caput humile & membrũ supbum absit. Nō
 uult esse de corpore capitis Christi, qui amat supbiam. & Ser. L. se
 cundum eundẽ, Christus uere loquens de quibuscunq; pastoribus,
 cum in se habet omnes pastores bonos, uere dicit, Ego sum uerus,
 mecum in unitate oēs sunt. Præscitus aut̄ cum sit membrũ diabo
 li, non compaginať ordinate huic capiti. Et ipse August. iii. de do.
 Christ. cap. xxxii. Postq̄ ostendit q̄ Christus & corpus suam, quod
 est ecclesia, sunt una persona, increpat Tyconiũ in secũda regula
 qua uocat totũ genus hominũ, Corpus dñi biptitum. Nō, inquit,
 debuit sic appellare. Non enĩ reuera corpus dñi est, quod cũ ipso
 non erit in æternũ. Sed dicendũ fuit de corpe Dñi uero atq; pm̄
 xto, aut uero atq; simulato, quia non solum in æternũ, uerũ etiam
 nec Hypocrita non cum illo esse dicendi sunt. Ecce q̄ plane ostẽ
 dit iste sanctus q̄ p̄sciti nō sũt uere de Christi ecclesia. Et de p̄n.
 dist. iiiii. Si ex bono, deducit, q̄ nemo est de regno Christi, quod est
 Ecclesia, nisi uere filius quem pater dedit sibi. De quo Iohañ. iii. q̄
 Oportet ut nō pereat, sed habeat uitam æternam. bene ubi supra
 dicit. Nec nos moueat q̄ filiis quibũsdã non dat istã p̄seuerantiã,
 absit enĩ ut ita sit, si de illis p̄destinatis erant, & secundũ propositũ
 uocatis, qui uere sunt filii promissionis. Sed isti cum pie uiuunt, di
 cant̄ filii dei, sed qui uicturi sunt impie, & in eadẽ impietate mori
 turi, non eos dicit filios. Et iterũ ibidẽ tractans illud uerbũ pri. Io
 hañ. ii. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis dicit. Non erant
 ex numero filiorũ, & qñ erant in fide filiorum, quoniam uere qui
 filii sunt, præsciti & prædestinati sunt, eõformes imaginis filii dei,
 & secundum propositum uocati sunt sancti ut electi essent. Non
 enim perit filius promissionis, sed perditionis. Fuerunt ergo isti ex
 multitudine uocati, ex electorum autem paucitate non fuerunt.
 Ibidem post. Sciebat enim ab initio qui essent credentes, & qui es
 set traditurus eum, & dicebat, propterea dixi uobis, quia nemo
 uenit ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi disci
 pulorum eius abierunt retro, & iam cum eo non ambulabant.

F

Nunquid & non isti discipuli appellati sunt, loquente Euangelio,
 & tamen non erant uere discipuli, quia non manserunt in uerbo
 eius, secundum id quod ait. Si manseritis in uerbo meo, discipu- **G**
 li mei estis, quia ergo non habuerunt perseverantiam, sicut non
 uere discipuli CHRISTI, ita nec filii Dei uere fuerunt, etiam
 quando ipsi uidebantur & uocabantur. Appellamus ergo nos ele-
 ctos, & CHRISTI discipulos, & Dei filios, qui appellandi sunt
 quos regeneratos pie uiuere cernimus. Sed tunc uere sunt quod
 appellantur, si manserint in eo propter quod sic appellantur. Si
 autem perseverantiam non habent, id est in eo quod coeperunt
 esse non manent, non uere appellantur propter quod appellantur,
 & non sunt. Apud eum enim hæc non sunt cui notum est quod fu-
 turi sunt, id est ex bonis mali. Hæc beatus Augustinus. Ecce pla-
 ne ostendit, quomodo multi sunt in Ecclesia, qui uocantur filii
 nuncupati ab hominibus, qui tamen non sunt de ecclesia, cum
 non sint uere filii Dei, ad uitam gloriæ prædestinati. Et idem pa-
 tet per sanctum Chrysostomum in de opere imperfecto Omelia no-
 na, qui dicit. Qui Dei fuerunt perire non poterunt, quia de deo ne-
 mo cadere potest. Et patet illud ex illo Iohannis decimo capite.
 Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequun-
 tur me. Et ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternum
 & non rapiet eas quisquam de manu mea. Vbi post probat Chri-
 stus Magister Optimus ex immensitate doni patris, quod est Spiri-
 tus sanctus, quæ nemo potest hoc facere, quia pater suus est omni-
 potens, de cuius manu nemo potest quidquam eripere. Sed quia
 Christus, & pater suus unum sunt cum Spiritu sancto, qui est donum
 suum, quo sibi copulat ecclesia, ergo nemo potest oues suas de manu
 eius eripere. Ipse enim æternaliter elegit quodlibet membrum ecclesiæ
 in sponsam. Ergo nullum tale deferret, quæ alias ipse prouide ad gloriæ ele-
 gisset. Et ad illud uadit. i. Ioan. ii. Magni philosophi consequentia, cum
 dicit de prescitis, quæ ad tempus præserunt in gratia. Si ex nobis fuissent, per-
 mansissent utique nobiscum. Non enim hæc conditionalis est impossibilis uel
 hæretica, cum a sancto spiritu sit formata. Iuxta illud Matth. x. Non
 enim uos estis qui loquimini, sed Spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis.

Ad idem etiam est Apostolus Ro. viii. ut supra inferui, ubi loquens de se & de p̄destinatis, qui sunt mēbra ecclesie, probat, q̄ nulla creatura poterit eos separare a charitate, q̄ est in Christo Iesu, colligans impraestabiliter membra sua, eum charitas p̄destinationis non excidit pri. Corinth. xiii. Vnde Ro. viii. dicit Apostolus. Vos aut̄ in carne nō estis, sed in spiritu, si tñ spiritus Dei habitat in uobis. Si quis aut̄ spiritū Christi non habet, hic non est eius, & intelligit, q̄ non est pars sui corporis. Et si obiicit per hæc, q̄ p̄scitus existens in charitate temporaliter habet hoc uinculum, & per consequens unionē cū Christo. Sic p̄destinatus existēs in crimine, caret hoc uinculo, & per cōsequens unionē Christi. Pater, q̄ sicut in humano corpe est dare humidū fluens, & humidū radicale. Sic i corpore Christi mystico, est dare gratiam secundū p̄sentem iusticiā, & gratiā consumatam. Vnde sicut apostemata per humidū fluēs, sunt adnata, non cōtinuata, propter disparitatē naturæ. Sic est de membris Diaboli, licet pro tpe secundū p̄sentem iusticiā sunt adnati. Prædestinati uero, licet ad tempus priuent̄ fluētē gratia, hnt̄ tñ radicalem gratiā a qua non possunt excidere, & sic p̄destinati iam iusti, habentes duplicem gratiam, duplici uinculo sunt ligati. Sed obiicit contra ista. Sequit̄ em̄ ex dictis, q̄ oportet concedere q̄ idem simul & semel sit iustus & iniustus, fidelis & infidelis, uer⁹ Christianus & hæreticus, in gratia p̄cipua & *ἀχαιος*. & sic de aliis denoiationibus contrariis, ex quibus sequit̄ contradictio manifesta. Hic dī quod debet cōcedi, quod eidē simul & semel est iust⁹ & iniustus, sed repugnat q̄ sit simul & semel iustus & iniustus secundū idē. Sicut repugnat cōtraria simul & semel inesse eidē secundū idē & sic denoiationes p̄dictæ propter æquiocationem non sunt cōtraria; Cum secundū Philosophū tñ unum uni opponit̄. & sic idē homo est iustus ex gratia p̄destinationis, & iniustus ex uitio deperdibili, qualis fuit Petrus in negando Christum, & Paulus p̄sequendo ipsum. Ipsi em̄ a charitate p̄destinationis tunc non exciderant. Et per consequens secundū illam erant in gratia, & sic iusti. & quia erant tunc in crimine, & sic priuati fluente tpali gratia, & sic erāt iniusti. Et si infer̄, ergo tunc erant non iusti, & per consequens non

erant iusti, dicit negando primā consequentiā. Nam a priuatione ad negationē non ualet consequentia, nisi cum limitatione, ut in proposito sequit̄, Petrus & Paulus erant iniusti, ergo secundū præsentem gratiā non erant iusti, & uerum concludit̄. Sicut uere cōceditur, q̄ erant iusti secundū p̄destinationis gratiam, & non erant iusti sc̄dm̄ p̄sentē gratiā. Sic filiter, Paulus fuit fidelis secundū p̄destinationē, & infidelis secundū p̄secutionē, & fuit Israelita sc̄dm̄ p̄destinationē, & blasphem⁹ secundū p̄sentē iusticiam, & fuit in charitate p̄destinationis, & ἄχριστος. i. sine caritate iusticiæ p̄sentis. Et ad istud cōfirmādū ualet ipsi⁹ Pauli ex Osee alligatū Ro. ix. quo dicit̄. Vocabo non plebem meā plebem meā, & non dilectā meā dilectam meam, & non misericordiā consecutam misericordiā consecutū, & erit in loco ubi dictum est eis. Non plebs mea uos. ibi uocabūf̄ filii Dei uiui. Vnde istam scripturā & simile nō intelligent, nisi illi qui sciunt q̄ non est contrarietas, nisi opposita insint eidē secundū idem, & pro eodem instanti. Vnde scientes illud discutere, concedunt q̄ Christus pro sancto triduo mortuus fuit & uiuus. Imo, ut dicit Ambro. moriebat̄, & nō moriebat̄, quia uixit in spiritu, & mortuus fuit in carne, moriebat̄ ut homo, & non moriebat̄ ut deus. Et Apostolus pri. Timoth. v. dicit, q̄ Vidua uiuens in delictis mortua est, quia uiuit in carne, sed non uiuit in spiritu, et patet, q̄ nec contraria nec contradictoria sequunt̄. Ex iam dictis finaliter patet, q̄ nullus p̄scitus est uere pars sanctæ matris Ecclesiæ. Quod si S. Thomas uel alius quis uocauerit p̄scitum in gratia membrū ecclesiæ, tunc reuocat cum August. & scriptura sacra, attendens ad uocationem uulgarē, & reputationē Ecclesiæ militātis. Vnde supradictū est quod ait Augusti. Si uere p̄seuerantiā non habent, id est in eo q̄d ceperūt esse non manent, non uere appellant̄, propter quod appellant̄, & non sunt. Apud eum em̄ hæc non sunt, cui notū est quod futuri sunt, id est ex bonis mali. Istud dictū August. debet stare contra omnes obiectiones in quibus reuocatio est notanda.

CAPVT QVINTVM

IAM ad authoritates in tertio capitulo ad cōtrarium propositas est dicendū. Est uero notandum pro earū intelligētia, q̄ uarie di



cuntur esse in ecclesia sancta homines. Nam aliqui dicuntur esse solum secundum fidem informem, ut Christiani præsciti criminibus inuoluti, quibus dicit Dñs Luca: vi. Quid uocatis me dñe, & non facitis q̄ ego præcipio uobis. Et Matth. vii. dicit de illis. Multi dicent mihi in illa die, dñe, nonne in noīe tuo prophetaui-
 maus, & in tuo noīe demonia eiecimus, & in tuo nomīe uirtutes multas fecimus. Et tunc confitebor eis, quia nunq̄ noui uos. Disce dite a me oēs qui operamini iniquitatem. Aliqui uero sunt in ecclesia solum secundū fidem & gratiam p̄sentem, ut iusti p̄sciti qui non sunt in ecclesia secundū p̄destinationem ad uitam aternam. Aliqui sunt in ecclesia secundū p̄destinationē tñ, ut paruuli Christianorum non baptisati, & pagani, uel Iudæi futuri Christiani. Aliqui secundū fidem informem, & secundū p̄destinationē, ut Christiani prædestinati nunc in criminibus, sed ad gratiam reuersuri. Aliqui secundum p̄destinationem & p̄sentem gratiam, ut omnes christiani electi, Christū in moribus imitantes, qui adhuc possunt in hac uita fluente gratia excidere. Aliqui uero sunt in ecclesia iā triumphante in gratia confirmati, omnes aut̄ in p̄scitos & p̄destinatos sunt diuisi, quorum primi sunt membra finaliter Diaboli, & reliqui sunt mēbra corporis mystici, quod est sancta ecclesia sponsa dñi I E S V Christi. Vnde in prima authoritate de sagna p̄destinati signant̄ per bonos pisces, & p̄sciti per malos quos foras miserunt. Vnde dicit B. Gregorius. Sancta ecclesia sagna missa in mare comparatur, quia & piscatoribus est commissa. Ecce prima similitudo, & per eam quisq; ad aeternum regnum a p̄sentis seculi fluctibus trahitur, scilicet uocatione ne in aeternæ mortis profundo mergatur. Ecce secunda similitudo. Quæ ex omni genere piscium congregat, quia ad peccatorum ueniam sapientes & fatuos, liberos & seruos, pauperes & diuites, fortes & infirmos uocat. Ecce tertia similitudo. Caueat ergo Falsigraphus inferre, Sancta ecclesia ex omni genere hominum per uocationem congregat, ergo omnes ad fidem CHRISTI uocati sunt membra sanctæ ecclesie sponsæ Christi. Vnde ostendit conclusiue beatus Gregorius electos & reprobos dicens. Ex quo scilicet sine boni pisces seliguntur,

mali autem proiiciuntur foras, quia electus quisque in tabernaculo aeterna recipitur, & aeterni regni luce perdita, ad exteriores tenebras reprobi pertrahuntur. Nunc enim bonos id est electos, malosque id est praescitos comuniter, permixtos pisces, fidei sagma continet. Ecce quarta similitudo. Sed litus sanctae ecclesiae indicat Sagma quam trahebat, scilicet per uocationem ad fidem. Et addit beatus Gregorius. Ecquidem pisces maris capti qui fuerunt, numerari non possunt. Nos autem mali capimur, sed in bonitate permur. per hoc innuit, quod praedestinati mali in bonitatem finaliter permur. Vox ergo beati Gregorii est praedestinatorum, uox qui malitia percussus a sancta ecclesia in bonitatem per baptismum, uel per poenitentiam reuocatur. Et ex his patet secundae auctoritatis expositio de nuptiis, in quibus congregatur per fidem boni & mali, qui permiscuntur in sancta ecclesia, sed mali non sunt ueri filii, si cut nec sunt ueri amici, quia carent ueste nuptiali quae est charitas praedestinationis. Vnde illis quasi uni dicit rex nuptiarum. Amice quomodo huc intraisti, non habens uest. nup. ubi dicit Gregor. Mirandum ualde est fratres charissimi, quod hunc & amicum uocat & reprobatur, ac si aptius dicat. Amice & non amice, amice per fidem, non amice per operationem. Hac Grego. Et patet tertiae auctoritatis expositio, quia de regno sanctae ecclesiae colligent omnia scandala, id est eos qui faciunt iniquitatem, id est malum impoenitentiae. Ecce ibi tanguntur praesciti. Ad quartam auctoritatem quae dicit. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, loquitur pertinenter B. August. sup. Iohann. super illo Iohannis ultimo. Simon Petrus traxit rete in terram plenum magnis piscibus CLIII. Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno caelorum. Qui autem fecerit & docuerit, magnus uocabitur in regno caelorum. Iste ergo poterit pertinere ad numerum piscium magnorum. Minimus autem ille qui soluit factis quod docet uerbis, in tali ecclesia potest esse quales signat piscium illa prima captura, habens bonos & malos, quia & ipsa dicitur regnum caelorum, propter quod ait. Simile est regnum caelorum sagma missa in mare, & ex omni genere piscium congreg. &c.

C

Ibi uult etiam intelligi bonos & malos, quos ducit in littore, id est in fine seculi separandos. Deinde, ut ostenderet istos minimos reprobos esse, qui docent bona loquendo, q̄ soluunt male uiuendo, nec quasi minimos in uita aeterna futuros, sed oīno ibi nō futuros. Cum dixisset minimus uocabit̄ in regno calorū, cōtinuo subiecit. Dico eīn uobis, nisi abundauerit iusticia uestra plus q̄ scribarū & pharisæorū, nō intrabitis in regnum calorū. Illi certe sunt scribæ & Pharisæi, qui in cathedra Mosi sedent. & de quibus ait. Quæ dicunt facite, quæ aut̄ faciunt, facere nolite. Dicunt eīn & non faciūt docent sermonibus quod soluunt moribus. Consequēs est ergo, ut qui minim⁹ est in regno calorū, q̄lis tunc est in Ecclesia quā docēdo, q̄d soluit ad eorum societate, qui faciunt quod docent, nō pertinebit, & ideo non est in numero piscium magnorū, qm̄ qui fecerit & docuerit, magnus uocabit̄ in regno calorū. Et quia hic magnus erat, ideo ibi erit, ubi minimus i le nō est. Vsq; adeo quippe ibi magni erunt, ut qui ibi minor est, maior sit eo, quo hic magni sūt, id est qui in regno calorū ubi sagena congregat bonos & malos. Vñ qui faciunt bona q̄ docent, ipsi erunt in illa regni calorū aternitate maiores, quos isti, ad dexterā & ad resurrectionē uitæ ptinentes, indicant pisces. Hæc August. Ex cuius uerbis habet̄ eadem sentētia q̄ & Gregorii. Quod ecclesia colligit electos & p̄scitos in fide. Secūdo habet̄, q̄ illi qui in ecclesia docent, & cathedras dignitatū tenēt & mandata Dei soluunt, sunt reprobi. Nam dicit. Deniq; ut ostenderet istos minimos reprobos, qui docēt bona loquendo, q̄ soluūt male uiuendo, nec quasi minimos in uita aeterna futuros, sed oīno ibi non futuros. Tertio habet̄, q̄ fideles Christiani mandata Dei implentes opere sunt magni in ecclesia sancta dei, & p̄lati p̄sidēs & mandata soluentes sunt minimi. & si sunt p̄sciti, tunc non erūt in regno Dei. Erubescant ergo Antichristi discipuli, qui uiuentes Christo contrarie, dicunt se esse maximos in ecclesia sancta dei & supbissimos, ac auaritia & fastu seculi pollentes publice, uocantur capita & corpus sanctæ Ecclesiæ, qui secundū Christi Euangelium minimi sunt uocandi. Quarto habet̄, q̄ magni pisces CLIII. in dextera nauigii capti, significant p̄destinatos, inter quos qui docue-

erunt & fecerunt mandata Dei, cateris paribus, sunt maiores. Ad
 quintam cōfirmationem euangelii. Ipse uos baptisabit in spiritu
 sancto &c. Cōcedit, q̄ ecclesia sancta est area dñi, in qua sunt secū
 dum fidem boni & mali, p̄destinati & p̄sciti, nunc permixti; p̄desti
 nati ut triticum, p̄sciti ut palea. Primi in horreū celestis patria cō
 gregandi, reliqui igne inextinguibili comburendi, ut dicit euange
 lium, & expositio Augustini. Sed sicut palea semp manet palea, sic
 p̄scitus semper manet p̄scitus, & si aliqñ sit in gratia secundū p̄sen
 tem iusticiam, tñ nunq̄ pars sanctæ e ecclesia. Et sicut triticum sem
 per manet triticū, sic p̄destinatus semper manet praeordinatus, &
 membrum ecclesiæ, licet aliqñ excidat a gratia aduenticia, sed nō
 a gratia praeordinationis. bene sub sententia August. xxxii. q. iiii.
 C. Recurrat, sic habet. Itaq; siue intus uersari uideant̄, siue aperte
 foris sint, qui carior est, carior est. Siue in area in sua sterilitate per
 seuerent, siue occasione tētationis, tanq̄ uento extra tollant̄. Quod
 palea est palea est, & semp ab illius ecclesiæ, q̄ sine macula & ruga
 est, ueritate diuisus est. Igit̄ qui congregationi sanctorū in carnali
 obduratione misceat̄. De nullo tñ desperandum est, siue qui intus
 talis appareat, siue qui foris manifestus aduerset̄. Hæc Augustinus
 Vnde pertinenter dicit Iohañ. Baptista. Quod ipse purgabit scili
 cet in die iudicii aream suā, id est ecclesiā sanctā, & congregabit tri
 ticum in horreū, id est praeordinatos in patriam. Paleas aut̄, id est
 praeorditos cōburet igne inextinguibili. Vnde August. de fide ad Pe
 trū ca. ultio ut allegatū est, dicit. Firmissime tene & nullatenus du
 bites, aream Dei esse catholicā ecclesiā, & in ea usq; in finem secu
 li, frumento mixtas paleas contineri. Hic etiam bonis malos sacra
 mentorum cōmunionem misceri, & in omni professione siue Cleri
 corum siue Laicorū bonos esse simul & malos. Et infra. In fine uero
 seculi bonos a malis etiā cum corpore separandos, qñ ueniet Chri
 stus habens uentilabrū in manu sua, & permundabit areā suam, &
 congregabit triticum in horreum, paleas aut̄ comburet igne in
 extinguibili, qñ per iudicium iustum segregabit iustos ab iniustis, bo
 nos a malis, rectos a pueris. Bonos cōstituet a dextris, malos a sini
 stris, & ex ei⁹ ore iusti æterni iudicii sempiterna atq; incōmutabili
 dd

E

prolata sententia. Iniqui oēs ibunt in combustionē aternam. Iusti
 autē in uitam aternā. Iniqui semper arsurī cum Diabolo. Iusti autē
 regnaturi sine fine. Hęc August. Et patet ex sanctorū expositione
 quomodo in Christi parabolis p̄sciti signantur per malos pisces,
 per malos conuiuas nuptiarū, per hoīem non uestitum in nuptiis
 ueste nuptiali, per paleas, per zizania, per semen malum, per arbo-
 rem malam, per fatuas uirgines, per hędos. Ecōtra uero modo op-
 posito p̄destinati signant̄ per bonos pisces, per bonos cōuiuas, per
 hoīem uestitum ueste nuptiali, per triticū, per semen bonum, per
 arborem bonā, per prudētes uirgines atq; oues. Itaq; cauere debet
 fidelis ab ista consequentia. P̄sciti sunt in eccle. sancta dei, ergo
 sunt pars eius. Nam dictum est, q̄ aliud est esse in ecclesia, & aliud
 de ecclesia, uel esse partem, uel membrū ecclesie. Sicut non sequit̄
 Palea uel zizania est in tritico uel miscet̄ tritico, ergo palea est tri-
 ticū, sic in proposito. Sicut non sequit̄ Stercus uel ulcus est in cor-
 pore hoīs, ergo est pars eius. Iterum hęc consequentia non ualet,
 iste est in gratia secundum iusticiā, ergo est pars uel membrū Ec-
 clesie sancte catholice. Sed hoc bene ualet, iste est in gratia p̄de-
 stinationis, ergo est pars uel membrū ecclesie sancte. Et iterum
 hęc non ualet. Petrus est in crimine, ergo nō est pars uel membrū
 ecclesie sancte. Sed bene sequit̄, q̄ tunc non est in ecclesia secundū
 gratiam p̄sentis iusticie. Et argutia huiusmodi cognoscentur p̄-
 sando quid est esse in ecclesia, & quid esse membrum, uel partem
 ecclesie, & q̄ mēbrū ecclesie sancte catholice facit p̄destinatio,
 q̄ est p̄paratio gratie in p̄senti, & glorie in futuro, non autē locus
 dignitatis, uel humana electio, uel aliquod signum sensibile. Cum
 diabolus Scarioth, non obstante Christi electioe & charismatib;
 tēporaneis, ad Apostolatū siue Episcopatū sibi datis, etiā cū repu-
 tatione populi, q̄ fuit uerus Christi discipulus. Non fuit uerus eius
 discipulus, sed lupo, ouina pelle tectus, ut ait August. & per conse-
 quēs, nec p̄destinatus, & sic nec pars ecclesie sponsae Christi. Ex quo
 patet, q̄ magna foret p̄sumptio, sine reuelatione uel formidine as-
 serere q̄ ipse sit membrū illius sancte ecclesie. Nā nemo nisi p̄de-
 stinatus tpe suo, sine macula uel ruga est mēbrū illius ecclesie, ne-
 mo sine formidine uel reuelatioe assereret, q̄ ipse sit p̄destinat⁹ ac

G

sanct⁹ sine macula uel ruga. Ergo cōclusio. Vnde ualde est mirabile, qua frōte magis seculo dediti, magis seculariter & enormiter uirētes, elōgati a Christi cōuersatione, & plus steriles ab expletione Christi cōsiliū & p̄cepti sine formidine assererēt se fore capita, uel corp⁹, uel mēbra p̄cipua ecclesie spōsae Christi. Nūquid credim⁹ q̄ illi sunt sine macula mortalis, uel sine ruga uenialis peccati cū desertio Christi cōsiliū, cū ocio sancti officii, & cū operib⁹ docent plus sentire oppositū, cū dicat Spōsus ecclesie, A fructibus eorum cognof. eos. Matth. vii. & Ioan. x. ait. Opib⁹ credite, & Matth. xxii. Scdm̄ opa eorū nolite facere, dicunt enī & nō faciūt. Sed obiiciē cōtra ista. Primo per hoc, q̄ quicūq; clericus caractere uel signo sensibili per p̄latū in reputatiōe ecclesie insignit⁹, est pars sanctae matris ecclesie, & solū multitudo taliū Clericorū est ecclesia καὶ τὸ *ἐκτενομασίαι* dicta, quā debemus specialiter honorare, quia aliter sequit⁹, q̄ Christiā nō cognoscerēt matrē suā. Imo, ipsa incognita, nō soluerent debitū corpale, ut oblatiōes & decimas, & seq̄ref nimis magna cōfusio ī eccle. militāte. Hic dī negādo añcedēs. Nā in Iuda electo ad ministeriū Epātus p̄ Christū, q̄ errare nō poterat, dat⁹ in stātia. Ipse. n. p̄scit⁹ nūq̄ fuit uer⁹ Chfi discipulus, ut pbat Aug. Sed fuit lup⁹, ouina pelle tectus, & semp fuit palea, & granū lolii siue zania. Si n̄ negat⁹ scd̄a pars añcedētis. Nā ecclesia *ἐκτενομασίαι* dicta est spōsa Chri q̄ est p̄destinatorū uniuersitas, ut dictū ē. Si. n. ip̄a uniuersitas ē p̄cipalissima spōsa Chri, tūc ip̄a est ecclesia antonomatice sancta, cū ipsa sit unica colūba, & regia stās a dextris regis cui adulescētula uirgēs adducēt. Vñ sicut tpe uatiōis cleri cū quo Christ⁹ cōuersabat, ipsū clerū p̄tiffices sacerdotes & phariseos, grad⁹ sacerdotii, obseruātia traditionū, q̄s ip̄i statuebāt, cū affirmatiōe, q̄ ip̄i hnt patrē deū, & q̄ sūt semē abrahā, & nemini seruiērūt unq̄, etiā cū a stimatiōe populi. Hac oīa nō fecerūt, q̄ ille cler⁹ sit sancta eccle. antonomatice dicta ī ueritate, cū Chīs Mat. xv. dixit de illis, q̄ finerēt eos discipuli scādalizari, q̄a caci sūt & duces cactorū. Sic stat q̄ pticularis m̄stitudo cleri, nō ex eo ē eccle. sancta, antonomatice dicta, q̄a illa m̄stitudo affirmat se esse ecclē siam illā sanctam. Et patet, q̄ tales consequentia non ualent. In prima inferēbatur, quia aliter sequitur, q̄ Christiani nō cognoscerēt matrē suā

Nam oportet nos ex fide cognoscere matrem nostrā. Sicut trium phatē eccle. Christum, matrem suā, ac suos apostolos cū beatis angelis, & multis sanctis cognoscimus ex fide. Viātes autē atq; dormientes satis confuse cognoscimus & imperfecte, cum autē uenerit quod perfectū est, euacuabit quod ex parte est, quia in patria clare intuebimur matrem nostrā simul cū membris eius. Nec murmuret fidelis, sed congaudeat ueritati, q̄ sancta mater ecclesia sit sibi tantū incognita hic in uia, quia super isto stat meritū fidei Christi

Hana. Nam secundū Apost. Hebr. xi. Fides est substantia rerum spe randarū, argu. non appa. hoc est non sensibiliter nobis apparētū hic in uia. Rationē autē p̄destinationis uel charitatis q̄ non excidit quæ est uestis nuptialis, distinguens membrū ecclesiæ a membro diaboli. Nō hic sensibiliter intuemur. Nam secundū August. Act⁹ fidei est credere quod non uides. Et patet oppositū secundæ conse quētia. Nam soluimus debitum sanctæ ecclesiæ, dū habentes Chri stum suūm Pontificē, ministrū eius, quos ex operibus secundum fidem confusam habemus pro ministris uel patribus, quos cōfuse supponimus esse membra Christi, pro sustentatione corporis tem poralia ministramus. Et si obiciat, q̄ quilibet Laicus tenet credere de suis p̄latis, q̄ ipsi sunt capita ecclesiæ, & partes ecclesiæ, uel secū dum p̄destinationem, uel secundū p̄sentem iusticiā. Hic dicit. Qd̄ Laicus nō tenet credere de suo p̄posito nisi uerū. Patet, quia nemo tenet quidq; credere nisi ad quod mouet eum Deus credere. Sed de us nō mouet hoīem ad credēdū falsum. Licet em̄ ex fide falsa quā occasione bonum proueniat. Et deus moueat ad substantiā actus, tñ Deus non mouet sic hoīem ut fallat. Vnde si Laicus crederet de suo p̄lato q̄ ipse sit sanctū mēbrū ecclesiæ, & ita nō esset fides sua, uel credere suū foret falsū. Pastor ergo tenet per istructiōē uirtuoso rum operū mouere subditos q̄ sit talis. Vnde si subditus non cog noscit sui Præpositi sua uirtuosa opera, non tenet credere q̄ sit ta lis secundū p̄sentem iusticiam, & cū formidine ac conditionaliter q̄ sit talis simpliciter scilicet secundū p̄destinationem. Si uero ma nifeste cognoscit ei⁹ crimē, tunc debet supponere ex ope, q̄ tūc est iustus, sed inimicus I E S V Christi. Et patet, q̄ consequens tertia

ECCLESIA CAPVT VI.

consequentia est falsum. Nulla enim confusio est in ecclesia militante, ex hoc, quod sine reuelatione non cognoscimus distincte membra mystici corporis Christi iam uiantis. Sed adhuc obicitur. Quia ex quo gratia facit filios ecclesiae, sicut peccatum facit membra diaboli, aut etiam infideles. Videatur, quod homo potest fieri membrum ecclesiae, postquam fuerit infidelis, sicut de membro ecclesiae potest fieri membrum diaboli. Quis enim dubitat quin Scarioth quoniam fuit uerus apostolus, fuit etiam membrum ecclesiae? Sicut Paulus quoniam fuit blasphemus, diuisus fuit a sancta matre ecclesia. Hic dicitur quod ecclesia sumitur uere & reputatiue, uel nuncupatiue. Vere, ut dictum est pro predestinatis. Nuncupatiue uocatur ecclesia etiam prescitorum congregatio. Licet ex nudo errore uiantium fuerit de sancta matre ecclesia reputata, & sic multi secundum famam seculi uocantur ecclesiae capita uel membra, licet secundum dei prescientiam sunt membra diaboli, quae ad tempus credunt, & post recedunt. uel etiam nunc & semper sunt infideles, & isto modo ut supra dictum est secundum Augustinum. fuerunt discipuli Christi, qui abierunt retro, & iam non cum eo ambulabant. Similiter Scarioth, qui erat discipulus Christi fictus, de quo dicit Augustinus. super Iohannem. ostendens quod oues audierunt uocem Christi. Sed quid, inquit, putamus qui audierunt oues erant. Ecce audiuit Iudas, & lupus erat, sequebatur, sed pelle ouina tectus, pastori insidiabatur. Haec ille. Isto ergo modo multi reputatiue etiam secundum praesentem iusticiam dicuntur esse de ecclesia, sed non uere secundum praedestinationem ad gloriam. Qui autem sunt illi docet Augustinus. super Iohannem. dicens. Nouit dominus qui sunt eius, nouit qui permaneant ad coronam, qui permaneant ad flammam, nouit in area sua triticum, nouit paleam, nouit segetem, nouit zizania, ceteris autem est illud incognitum qui sunt colubae, & qui sunt corui

CAPVT SEXTVM

DICTO de Ecclesia sancta catholica, quae est corpus Christi mysticum, cuius ipse est caput. Iam dicendum est breuiter de Ecclesia malignantium, quae est corpus diaboli, cuius ipse est Caput. Nam dicit B. Grego. lib. iiii. Moral. ca. ix. Sicut redemptor una persona est cum congregatione bonorum (ipse namque caput est

dd iii

corporis, & nos huius capitis corpus) Ita antiquus hostis una psona est cum cuncta collectiōe reprobōrū, quia ipse eis ad iniquitatē quasi caput p̄sidet. Ex quo patet, q̄ oēs p̄sciti constituunt unū corpus. Christus enī Ioan̄. viii. Iudais, principibus sacerdotum & pharisais qui dicebant esse capitales ecclesia. Vos ex patre diabolo estis, & desyderia patris uestri uultis facere. Ex quo patet, q̄ oportet esse unā ḡnationem quæ fuit mala in uulgaribus, peior in secularibus Prapositis, sed pessima in Prælatis. Sicut ḡnatio iustorū secundum tres gradus oppositos eis p̄portionabiliter correspondet. Si ergo una sit ḡnatio peruerforū, oportet q̄ sit unus iniquus homo, habens partes q̄ sunt membra diaboli. Et cum non pōt esse mēbge uel caput, nisi in compatione ad totū corpus integrū, manifestum est q̄ est unum corp⁹ diaboli. Vbi autē corpus Christi, uocat⁹ corp⁹ mysticū, propter mysteriū celestis coniugii inter Christū & ecclesiam. Corpus diaboli non est sic mysticū, sed obscurū, cum sic coniungi cū diabolo non sonat in mysteriū directe, sed flagellū, & sic corpus illud diaboli habet esse naturale, cum secūdū August. in li. de natura boni. Omne malū oportet fundari in bono, ergo omne malū morū fundat⁹ in bono natura. Et p̄ter esse naturale habet illud corpus diaboli esse uitii. Sicut corpus Christi mysticū habet esse uirtutis. Et hinc negat B. August. iii. de doc. Christ. ca. xxxii. esse unū corp⁹ ex mēbris ch̄i, & ex mēbris diaboli. Et si q̄rif. Quæ forma unit mēbra diaboli in illo corpore? dicif, q̄ est dare formā extrinsecā, & deformitatē intrinsecā. Forma extrinsecā, est p̄scientia dei aterna, q̄ scit & ordinat oēs p̄scitos mēbra illius diaboli corporis cōstringi ad p̄cnā perpetuā. Deformitas uero intrinsecā, est finalis inobedientia uel supbia, quā Sācti uocant culpā finalis impenitentia, uel peccatū in spiritū sanctū. Et sic idē peccatū cōtinuat & selungit. Continuat enī mēbra diaboli, cōstringēs ea in Tartarū in sua malitia, & segregās eos a cōsortio beatorū. Sicut calor dissoluēs mixtū cōgregat ἄρ̄ ὁμογενῆ, cū facit quodlibet elementū mixti dissoluti petere locū suū. Sed segregat ἄρ̄ ἕτερογενῆ, cum dissoluit cōplexionē harmonicā, resoluēdo partes mixti in suas naturas simplices separatas. Oportet enī in die iudicii ex cōtrarietate frigorū corporis diaboli, & calce charitatis corporis christi, secundū

B

legē formæ ultimæ corpus biptitū dissolui, qñ partes leues aduola
 bunt cū capite suo, quod est ignis cōsumēs ad mīssiones naturales
 in sanctis. Partes autē plūbeæ affectiōe terrestres, descēdent ad infe
 ros, Vñ Iob xxi. dicif. In puncto ad inferna descēderūt. Sed obiicit
 per S. Thomā de Christo ubi dicit, q̄ Christus est caput oīm hoīm
 tā fideliū, qui uniuñt sibi in actu per grām, q̄ infideliū, qui solū sūt
 in potentia eius mēbra. Et post subdiuidit secundū p̄destinatos &
 p̄scitos, qui recedētes ab hoc mundo desinunt esse totaliter mēbra
 Christi. Et soluit dicēs. Quantū ad hoc testimoniū S. Thomæ uidef
 mihi, q̄ ipse reuocat uere dicēdo, q̄ Christus secundū diuinitatē ē
 caput extrinsecū toti⁹ humāi gñis, quod pōt dici aggregatiue unū
 corp⁹ naturale, cui & Christus bñfacit, sicut & toti mūdo. Scđm hu
 manitatē cū uirtute passiōis Christi acquirif qđā p̄fectio secunda
 ria toti mundo, et sic scđm humanitatē bñfacit toti humani gene
 ri, cū punit oēs dānatos. uel ex infidelitate, ut in eos q̄ non credide
 runt in dñm IESVM Christū. uel ex desperatione, qua dimissa
 debuerūt caelestibus aspirare. uel tertio de iudicio temerario, quo
 dimisso debuerūt dño IESV Christo charitatiue finaliter adha
 rere. Ex his patet, quōd christus est caput oīm hoīm, & quōd p̄destina
 torū, & quōd nō repugnat etiā uocādo corp⁹ diaboli (quod est syna
 goga Satanæ) uocare ecclesiā ch̄i, rōne creatiōis bñficientiæ & cō
 seruatiōis, sed nō rōne charitatiuæ uniōis, Quōd dicif ch̄i ecclesia
 quā dilexit, ut sibi ipsā exhiberet spōsā sine macula p̄petuo ample
 xidā. Quæ autē ecclesia Ch̄i uñ synagoga Satanæ est, in hoīb⁹ uel
 etiā angelis mltiplicior, postq̄ Christ⁹ dñs iudiciū finale fecerit, co
 gnoscemus. Ip̄e. n. ait Mat. vii. Intrate p̄ angustiā portā, qa lata por
 ta & spaciōsa uia est q̄ ducit ad p̄ditionē, & mlti sunt q̄ intrāt p̄ eā,
 qa angusta porta & arcta ē uia, q̄ ducit ad uitā, & pauci sūt q̄ inue
 niūt eā. Vbi Chryso. omel. xviii. ait. Via ch̄i dī arcta & angusta, qa
 christ⁹ nō recipit ī se, nisi q̄ oīb⁹ peccatis exuerit se, & posuerit oēm
 sarcinā mūdi, & facti fuerit subtiles & spirituales, hæc ille. Oī potēs
 dñe, q̄ es uia ueritas & uita, tu nosti q̄ pauci ī te ambulāt istis t̄pib⁹
 pauci te caput suū in h̄iilitate, paup̄tate, castitate, laboriositate &
 patiētia imitāf. Apra ē uia Satanæ, mlti uadūt p̄ eā, adiuuu pusillū
 gregē tuū, ut nō te deferat, sed p̄ uia angustia finaliter te sequatur.

IOHANNIS HUSSITÆ DE
CAPVT SEPTIMVM

A **Q**UIA dictum est, q̄ solus Christus est caput sanctæ Vniuersalis Ecclesiæ, & omnes p̄destinati p̄teriti & futuri corp⁹ ei⁹ mysticum, & quilibet ipsorū eiusdem corporis mem-

Argu. p̄
potestate
P̄fificia.

brū, restat uidere breuiter, si Romana ecclesia sit illa uniuersalis sancta ecclesia sponsa Christi. Et uidet̄ q̄ sic, quia unica est sancta ecclesia catholica Apostolica, sed illa non est alia q̄ Romana, ergo dubiū uerum. Prima pars patet per papam Bonifaciū, qui in Extrauagante dicit. Vnā sanctā ecclesiā catholicā, & ipsam Apostolicam, urgente fide credere cogimur & tenere. Et secunda pars patet similiter per eandem Decretalē, ubi dicit̄. Ecclesiā unius & unica unum corp⁹ unū caput, non duo capita quasi mōstrū, Christus uidelicet, Christi uicarius Petrus, Petriq; successor, dicēte dño ipsi Petro. Pasce oues meas, inquit ḡnāliter, non singulariter has uel illas. Patet q̄ sibi cōmissis intelligit̄ uniuersas. Siue ergo Graeci siue alii se dicant Petro, eiusq; successoribus non esse cōmissos, fateant̄ necesse est se de ouibus Christi nō esse. dicente Dño in Ioanne, Vnum ouile & unū esse pastorē. Ecce ex his uidet̄ q̄ S. Ro. Ecclesia est illa uniuersalis sancta ecclesia, quia oēs Christi oues, & unum ouile, unius pastoris, & hæc intendit̄ p̄dicta Decretalis q̄ sic finit̄. Porro subesse Romano P̄fifici omni humanæ creaturæ declaramus, dicimus & diffinimus oīno esse de necessitate salutis. Si ergo oīs homo de necessitate est subiectus per istam diffinitionē Ro. Pontifici, sequit̄ propositū fore uerum. IN OPPOSITUM sic Romana ecclesia est ecclesia cuius caput est Papa, & Cardinales corpus, facientes illam ecclesiā. Sed illa ecclesia, nō est ecclesia sancta Catholica & apostolica, igit̄ dubiū falsum. Prima pars patet p̄ Doctorū quorundā dicta, inter q̄ ponit̄, q̄ Ro. ecclesiæ Papa est caput, corpus uero collegium Card. Et secūda pars ex eo manifesta est, q̄ Papa cum Card. non est uniuersitas oīm p̄destinatorum.

B Pro intelligentia p̄sentis materiæ pensandū est illud Euāgēiū Simon Petrus dixit, Tu es Christus filius dei uiui. Respondens aut̄ IESVS dixit ei. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in calis est. Et ego dico tibi,

quia tu es Petrus, & super hanc petra[m] adificabo ecclesia[m] meam, & porta[m] inferi non p[ro]ualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clau[es] regni caelorum, & quodcunq[ue] ligaueris super terra[m], erit ligatum & in caelis. & quodcunq[ue] solueris super terra[m], erit solutum & in caelis. Matth. xvi. In isto Euangelio notificat Christi ecclesia, eius fides, fundamentum & potestas. Ecclesia ibi, adificabo ecclesia[m] meam. Fides ibi, Tu es Christus filius Dei uiui. Fundamentum ibi, super hanc petram adificabo, Potestas ibi, tibi dabo clau[es] regni caelorum. Et de his quatuor scilicet Ecclesia, Fide, Fundamento, & Potestate ecclesie breuiter perstringet. Quantum ad primum supponi potest ex declaratis superius, quod propter Ecclesiam reputatiue uel nuncupatiue dictam, tripliciter dicitur Ecclesia. Aliqua enim est congregatio uel conuocatio fidelium secundum quid uel ad tempus, uel nude secundum partem iusticiam, & taliter sunt presciti de ecclesia pro tempore quo sunt in gratia, Illa autem Ecclesia non est corpus Christi mysticum, nec ecclesia sancta catholica, nec pars eius. Secundo sumitur ecclesia mixtim pro predestinatis & prescitis, dum sunt in gratia secundum presentem iusticiam. Et ista ecclesia comunicat in parte, sed non in toto cum ecclesia sancta Dei. Et ista ecclesia uocatur mixtim, granum & palea, frumentum & zizania, regnum caelorum Sagenae missa in mare, & ex omni genere piscium congreganti, & regnum caelorum similes decem uirginibus, quae quinque erant fatuae, & quinque prudentes, ut supra dictum est. Et istam Ecclesiam uocauit Tyconius erronee corpus Domini bipartitum, ut patet iii. de Doc. Christ. xxxii. Non enim sunt presciti corpus Domini, uel pars eius. Sed tertio modo sumitur Ecclesia per conuocationem predestinatorum, siue sint in gratia secundum partem iusticiam, siue non. Et isto modo ecclesia est articulus fidei, de quo loquitur Apostolus ad Ephes. v. dicens. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, ut eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquae in uerbo uitae, ut exhibeat ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Et istam Ecclesiam uocat Saluator suam ecclesiam in allegato Euangelio, dum dicit. Super hanc petram adificabo ecclesiam meam. Quod autem illam notet, patet statim ex adiunctis uerbis. Nam sequitur.

Hypothesi pro solutione

cc

C

Et portæ inferi non p̄ualebūt aduersus eam. Cum eñ Christus sit
 petra & fundamentum illius ecclesiæ in quo fundata est secundum
 p̄destinationē, ipsa nō potest per portas inferi, id est per potestates
 uel insultus Tyrannorum persequentiu, uel malignorū spiritūū fi
 naliter superari. Nam Christus rex calorū, sponsus illius ecclesiæ
 est potentior principe huius mundi. Vnde ad ostendēdum suā po
 tentiam, p̄scientiā & p̄destinationē, qua potenter ædificat, protegit
 præscit & p̄destinat suam ecclesiā, & ad dādum spem suæ ecclesiæ
 de perseverantia, adiecit. Et por. inf. non praua. aduer. eam. Vbi
 dicit Lyra, ex quo patet, q̄ ecclesia non consistit in hoibus ratione
 potestatis uel dignitatis ecclesiasticæ uel secularis, quia multi prin
 cipes & Summi Pont. & alii inferiores inuenti sunt apostotasse a
 fide. Hæc ille. Et habet euidentiā istud distū partialiter in Iuda Scā
 rioth apostolo & episcopo, qui etiam aderat dum Christus dixit.
 Super hanc petram ædif. eccle. meam, & por. inf. non p̄ua. aduers⁹
 eam. Ipse eñ non erat ædificatus in Christo petra secundū p̄desti
 nationem, ideo portæ inferi p̄ualuerunt finaliter cōtra ipsum. Vi
 detur aut ex uerbis p̄fatis Dñi, ecclesia accipi pro oibus quodam
 speciali modo qui post resurrectionē eius erant superædificādi in
 ipso per fidem, & per gratiā consumantē. Nam Petro gerenti uni
 uersalis personam ecclesiæ, & confitēti istam fidem. Tu es Christ⁹
 filius dei uiui, cōmendatiue dixit. Beatus es Simon Bariona. Quæ
 cōmendatio competit Petro, & toti sanctæ ecclesiæ, q̄ est beata in
 uia initialiter, confitendo humiliter, obediēter, animosē & con
 stanter, q̄ Christus est filius Dei uiui. Illā aut fidem caro, id est mū
 dialis sapientia, & sanguis. i. pura noticia philosophica, non reue
 lauit de tam abscondito articulo, sed singulariter Deus pater. Vñ
 p̄pter confessionem tam claram & firmam dixit Petra Petro, Et
 ego dico tibi, quia tu es Petrus. i. confessor Petræ ueræ, q̄ est Chri
 stus, & super hanc petram quam confessus es, id est super me adifi
 cabo, per fidem firmam & per gratiam consumantem, ecclesiam
 meam. i. p̄destinatorum conuocationem, qui post laborē ordina
 ti sunt ad gloriam. Ideo & portæ inf. non p̄ual. aduersus eam. Ad
 huc ex uerbis Saluatoris elicif, q̄ una est ecclesia, ibi, ecclesiā, secun

D

ordie?

do q̄ est Christi, ibi, meam. Tertio, q̄ sit sancta, ibi, & portæ inferi non p̄ualebunt aduersus eam. Ex quo concludit, q̄ una est ecclesia sancta Christi quæ καθολικὴ gr̄ce, uniuersalis latine, dicit̄ & ἀποστολικὴ, quia ab Apostolis dictis & factis firmata & fūdata super petram Christum, ut dicit Hieronymus super Apocalyp. in prologo Vnde suppono, q̄ illa dicat̄ sancta Ecclesia Romana. Nā dicit Decretum xxi. d. Quamuis uniuersa per orbem catholica ecclesia, unus thalamus sit Christus, tamen sancta Ro. ecclesia catholica & apostolica multis synodicis institutis ceteris ecclesiis prælata est, quod probat per illud Matth. xvi. Tu es Petrus, & sup. hanc petram ædifi. eccle. meam. Et illam ecclesiā uocat postmodum ecclesiam Romanam primam Apostoli sedem, non habentem maculā neq̄ rugam. Ista ecclesia non potest intelligi, iste Papa cum istis Cardinalibus ac sua familia. Vnde super isto textu sic dicit Glosa. Argumentum, inquit, q̄ ubicunq̄ sunt boni, ibi est Ro. ecclesia. Et hoc argumentum daret plenam fidē fidelibus ad cognoscendū, ubi est Ro. ecclesia. Et sic intelliget̄ Decretum xxiiii. q. i. A resta. Vbi ca non de ecclesia Ro. sic loquit̄. Hæc est sancta & apostolica mater ecclesiarum oīm Christi ecclesia, q̄ per Dei oīpotentis gratiam a tramite apostolica traditionis nunq̄ errasse probat̄, nec hæreticis nouitatibus deprauanda succubuit. Vbi notum est, hoc non posse intelligi de quolibet Papa & suis domesticis, ideo Glosa sic loquit̄. Quæro ergo, de qua ecclesia intelligas, q̄ non possit errare, sed certū est q̄ Papa errare p̄t, ut xix. d. Anastasius, & xl. d. Si Papa. Ideo nec ipse nec ei⁹ familia ē illa ecclesia de qua hic dī, q̄ errare nō p̄t Vñ dicit glo. Ip̄a cōgregatio fidelīū dī hæc ecclesia. Et sic etiā itelliget̄ dictū B. Hiero. positū xxiiii. q. i. Hæc est fides. Sancta, inq̄t, ē ecclesia Ro. q̄ semp̄ immaculata p̄māsit, p̄uidete dño & B. Petro ap̄lo op̄e ferēte, in futuꝛe manebit sine ulla hæreticorū insultatione, atq̄ prima & imobilis oī tpe p̄sistet. Hic nō p̄t itelligi qlibet Papa cū suo collegio Card. Illi. n. sūt sapi⁹ maculati deceptiōe praua & peccato, ut tpe Ioānis Papæ Anglicæ m̄ieris, q̄ Hagna dicebat̄. Quō ergo illa Roma. ecclesia illa Agnes Ioān. Papa cum collegio semper immaculata p̄māsit, q̄ peperit; Et par est ratio de alijs Papis;

Salsum

qui fuerunt hæretici, & propter multiples enormitates depositi.

E Cum ergo iuxta Decreta, Romana ecclesia habet primatum & dignitatē quo ad Deum super oēs alias, patet, q̄ illa est totalis ecclesia militans, quā Deus plus diligit q̄ aliquā eius partē. Et sic manifeste sequit̄ ex fide, q̄ non illud collegiū, sed mater tota in oī gente & lingua dispersa sit illa sancta R. o. ecclesia, de qua Iura loquūtur cum sanctis Doctoribus. Vnde ad imprimendū nobis istam sententiā per beatos August. & Ambrosium, ipsi ecclesiæ ordinatus est iste cantus. Te per orbē terrarum sancta confiteſ ecclesia. Et in Canone missæ primo & principaliter offerimus pro sancta Ecclesia catholica, ut De⁹ dignet̄ pacificare, custodire & adunare eam toto orbe terrarum. Vnde non dubium orat̄ pro principalissima ecclesia militante, quā suppono esse R. o. ecclesiā. Veruntū inter partes eius in cōparatione maioritatis Papa & suum collegiū sunt pars p̄cipua dignitate, dum tñ sequant̄ Christū propinquius, & deferendo fastum & ambitionē primatus, seruiāt matri suæ efficac⁹ atq̄ humilius. Nā faciendo oppositū, uertunt̄ in desolatiōis idolū, & in collegiū cōtrariū humili collegio apostolorū & dñi I E S V Chri.

F Notandum aut̄ est, q̄ ecclesia Romana proprie dicebat̄ cōgregatio Christi fidelīū, existentiū sub obedientia Romani Episcopi Sicut Antiochena ecclesia dicebat̄ cōgregatio Chriſtīdeliū sub Antiocheno ep̄o. Et sic de Alexandrina & de Cōstantinopolitana. Et illo modo Petr⁹ Christi Ap̄stolus Romanus episcopus uocat ecclesiam pri. Petri ultimo dicēs, Chriſtīdeli⁹ Ponti, Galathia, Capadociæ, Asiæ & Bithyniæ, Salutat uos ecclesia q̄ in Babylone collecta est. Ecce ibi Ecclesia sumit̄ pro Chriſtīdeliſus qui erant Romæ cum B. Petro. Vnde & Ap̄stolus illo modo uocauit particulares ecclesias, ut scribens ex Corincho Romanis cap. ult. dicit. Salutat uos oēs ecclesiæ Chri. Et post. Saluto uos ego tertius q̄ scripsi epistolā in dño. Salutat uos Gaius hospes me⁹ & uniuersa ecclesia. Ibi, uniuersa ecclesia, capit̄ pro oībus Chriſtīdeliſus, qui in Corincho cum Paulo militabant. Item pri. Corinth. pri. Ecclesiæ dei q̄ est Corinthi sanctificatis in Christo Iesu. Et pri. ad Tessalo. pri. dicit. Paulus & Sylyanus & Timotheus ecclesiæ Tessalonicensiū. Et

sape alibi. Sic proprie uocantur particulares ecclesie, q̄ singulae sūt partes uniuersalis ecclesie, q̄ est ecclesia IESV Christi. Cœpit autem ecclesia Christiana ortum a Iudæa, & prima uocabatur ecclesia Hierosolymitana. Vnde Actuum viii. dicit. Facta est autem in illa die persecutio magna in ecclesia q̄ erat Hierosolymis, & oēs dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ p̄ter Apostolos. Secunda ecclesia fuit Antiochena, in qua Petrus apostol⁹ resedit, & ibi primū innotuit illud nomen, Christianus. Vnde fideles primū uocabantur discipuli & fratres, postea uocati sunt Christiani. Nam legitur Act. xi. Fuerunt autem apostoli & fratres qui erant in Iudæa. Et in fine capituli habet, quō Barnabas adduxit Paulū Antiochiā, & annum totum conuersati sunt in ecclesia, & docuerunt turbam multā, ita ut cognoscerentur primū Antiochiæ discipuli, Christiani. Secundo modo sumitur ecclesia Ro. pro qualicumq; Papa, cum Cardinalibus qualibuscumq; ubicumq; habitauerint, male uel bene cōuersando. Et tertio sumitur pro Papa, sed isti duo modi a scholaribus sunt extorti. Non enim est bona causa uocare matrē nostram Romanā ecclesiam, p̄pter fastum, aut Imperatoris complacentiā dotantis ecclesiā, nec p̄pter extollentiā Papæ pompantis de parte imperii ex suo primatu siue dominio. Nec tertio ut credatur, q̄ ad ipsū oportet oēm Christianum recurrere, & de necessitate salutis, ipsum capitalē recognoscere, & patrem sanctissimū, sed p̄pter causas alias. Cum enim Ro. ecclesia sit terminus institutus p̄ter foundationem in scriptura sacra, satis est habere rōnem pbabilem. Viguit enim sancta ecclesia Christi primo in Ierusalem tempore uiationis Apostolorū cum Christo habitantiū, & post in Antiochia, & post in Roma tempore p̄dicatiōnis & passionis Petri & Pauli. Et sic intelligetur dictū Saluatoris Matth. xii. Profecto peruenit in uos regnū Dei. Et illud Lucae xvii. Regnum dei intra uos est, ubicumq; enim fuerit corpus, illic congregabitur & aq̄la. Quāuis enim ecclesia christiana cepit a Iudæa, & caput ecclesie Christus fuit martyrizatus in Hierusalē, tñ rōnabiliter uocata est ecclesia Christi secundū quandā p̄minentiam Ro. ecclesie, p̄pter tria. Primo, quia Christus sciuit gentes sub Romano Imperio loco Iudæorū inuid eliter discredentium inferendas, si cut dicit

Vide quā
rum dede
rit Roma
næ eccle
siae autor

G



IOHANNIS HVSSITAE DE

Apostolus Ro. ix. Secunda causa est, quia maior multitudo martyrum ibi triumphauit q̄ in alia ciuitate. Sic em̄ ubi homo nascit̄ ex utero & gloriose triumphat, nomen abinde contrahit. Cum ergo ecclesia sancta secundū multas partes suas in Roma nascebat, aggregata ex utero Synagogæ, & ibi triumphauit crescens in gētib⁹ ideo fuit consonū, q̄ caperet nomen a ciuitate metropoli gētium, q̄ est Roma. Vñ d. xxii. Sacrosancta dicit̄, q̄ Petrus & Paulus uno die eodemq; tempore sanctā Ro. ecclesiā consecrauerint, atq; aliis urbibus oībus uniuerso mundo tam sua p̄sentia q̄ uenerando triumpho p̄tulerunt. Tertia causa est, ut notescat, q̄ non locus siue antiquitas, sed fides formata fundat ecclesiā Christi. Nam quo ad personā & quo ad tēpus, prius fuit ecclesia Christi in sedib⁹ prioribus. Et ad istum sensum dicit̄ secundi Machab. v. Non propter locum gentē, sed propter gentē locum Dñs elegit. Et hinc credo derelictum licere uocare Christi ecclesiā noīe cuiuscunq; loci, quā fideles iusti inhabitant. Sicut Ch̄s uocat̄ Nazarenus p̄pter conceptionē ei⁹ q̄ facta est in Nazareth, & pōt uocari Bethleemita p̄pter natiuitatē, & Capharnumita propter miraculorū operationē, q̄ in Capharnaū patrauit, & Hierosolymita propter gloriosissimā passionē. Ex iam dictis patet, quid sit dicendū ad dubiū motū in principio huius capituli. Cōcedi em̄ debet, q̄ Ro. ecclesia est sancta mater ecclesia catholica sponſa Christi. Ad argumentū in oppositū quo arguitur Ro. ecclesia est ecclesia, cuius caput est Papa, & Cardinales corp⁹, dicit̄ cōcedendo, capiēdo secundo modo ecclesiā, scilicet pro qua licūq; Papa, cū Cardinalib⁹ quibuscūq; ubicūq; habitauerint. Sed negat̄, q̄ illa ecclesia sit sancta ecclesia catholica & Apostolica. Et sic concessa utraq; parte argumenti negat̄ cōsequentia. Et si dicit̄, Pono q̄ Papa sit sanctus cum oībus duodecim Cardinalibus sibi cōiuentibus. Quo posito & admissō tanq̄ summe possibili, sequit̄ q̄ ipse Papa cum Cardinalib. sit sancta ecclesia catholica & apostolica. Hic negat̄ consequentia, sed bene sequit̄, q̄ Papa sanctus cū sanctis Cardinalibus sunt sancta ecclesia, q̄ est pars sanctæ ecclesiæ catholicæ & apostolicæ, unde fides est firma Christi fidelib⁹ de prima, & non de secunda. De prima em̄ uerificat̄ illud Christi uerbū,

ECCLESIA CAPVT VIII

Porta inferi non pualebunt aduersus eam. De secunda uero est incertam mihi & cuilibet uiatori, nisi reuelatio diuina aliquem illustraret. Vnde nec Papa est caput, nec Cardinales corp⁹ totum sancta: uniuersalis ecclesie catholicae. Nam solum Christus est caput illius ecclesie, & sui pdestinati sunt corpus, & quilibet membrum. Quia una est persona cum Christo IESU ipsa sponsa.

CAPVT OCTAVVM

QUANTVM ad secundum scilicet Fidem, q̄ tangitur ibi, Tu es Christus filius dei uiui. Notandū, q̄ fides nunc sumit^r A pro actu credendi quo credis. Nunc pro habitu credendi per quem creditur, & nunc pro ueritate qua credis, ut docet Augustinus xiii. de Trinitate. Secundo notandum, q̄ alia est fides qua est credulitas fidelis hois explicita. Et alia ē fides iplicita, ut catholicus habens habitum fidei infusum uel acquisitum explicite, credit ecclesiam catholicā in comuni, & in illa fide comuni credit implicite quodcumq; singulariter contentum sub sancta matre ecclesia. Similiter credendo quicquid uoluit Christus de se credi, & nō credendo de Christo quod uoluit nō de se credi, in hoc credit oēm articulum siue affirmatiuum siue negatiuum de Christo credibilem. Et illam fidem implicite habuit Petrus, dum expresse confitebatur Christum esse uerum Deum & uerum hominem, dicens. Tu es Christus filius Dei uiui. Et tamen ipse Petrus contradixit explicite Christo & suo Euangelio, cum dicente Christo. Oēs uos scādali patiemi in me ista nocte, ipse discredēs dixit. Et si oēs scādalisati fuerint in te, ego nūq; scādalisabor. Sic etiā multi fideles in cōi impli- B cite credūt oēm scripturae ueritatē, & dū pponit eis ignota ueritas q̄rit si illa ponit in scriptura sacra, quo ostēso, statī cōcedūt ad sensū quē spūs sanc. flagitat. Vñ qcūq; habuerit fidē caritate formatā in cōi, sufficit cū uirtute pseuerantiae ad salutē. Deus em̄ qui dedit primam fidem, dabit militi suo clariorem, nisi ponat obicem. Nō em̄ exigit deus, ut omnes filii sui sint continue pro uiatione sua in actu cogitandi particulari, de qualibet fidei particula, sed satis est q̄ postposita desidia habeat fidem in habitu formatam.

Vbi sciendum, q̄ duplex est fides. Vna informis, cum credunt dæ-
 mones & cōtremiscunt. Alia est fides charitate formata. Ista cum
 perseuerantia saluat, sed nōn prima. Vnde quo ad secundam dicit
 Ioan̄. iiii. Qui credit in filiū dei habet uitā aternā. Et Petro habēti
 & confitenti illā fidem dixit Saluator. Beatus es Simon Bariona.
 Et illa fides est fundamentū aliarum uirtutū, in quibus Christi Ec-
 clesia conuersat̄. Item notandū, ex quo fides est de non apparen-
 tib⁹ ad sensum, sed de occultis, & occulta difficile est credere, ideo
 ut aliquid uere credat̄, sunt duo fidei necessaria. Primū est ueritas
 q̄ mentem illuminat. Secundū, auctoritas, q̄ animā firmat. Ex isto
 habet̄ una proprietas fidei, q̄ ipsa est solum de ueritate, exclusa fal-
 sitate, quam ueritatē fidelis debet usq; ad mortem defendere. Secū-
 da p̄prietas fidei est, q̄ citra demonstratōnē & specialem noticiā
 fidelibus sit obscura, cum illud quod uidemus ad oculū non dici-
 mur credere. Et sancti in patria qui clare uidēt articulos, quos nos
 obscure cognoscimus, non dicunt̄ ipsos credere, sed uidere. Sed lo-
 ro fidei habent̄ claram uisionē, & loco spei habent̄ perpetuā frui-
 onem. Tertia proprietas fidei est, q̄ est fundamentū uiatori ueniē-
 di ad quietam habitationē credendorū. Ideo dicit Apost. ad Hebr.
 xi. q̄ fides est substantia, id est fundamentū sperandarum rerū ar-
 gumētum non apparentiū, scilicet ad sensum. Nam speramus no-
 stram beatitudinem, & credimus, sed non uidemus illam oculis
 carnalibus. Et quia sine fide impossibile est placere deo. ad Hebr.
 xi. Ideo oportet, q̄ oīs saluandus primo oīm sit fidelis. Fidelis autē
 est, qui habet fidem a Deo infusam, sine aliqua trepidatiōe sibi cō-
 traria, q̄ sit suæ fidei commixta. Omnes autē criminosi secundum
 p̄sentem iniusticiā sunt infideles, cum impossibile est quenq; pecca-
 re mortaliter, nisi de quāto in fide deficit. Quia si p̄nam infligē-
 dam sic peccantibus cogitaret & plene crederet, & haberet fidē di-
 uinæ noticiæ quō clare cognoscit oīa, & adest p̄sens tunc peccanti-
 bus, non tunc indubie sic peccaret. Potest autē aliquis tripliciter
 in fide deficere. Primo modo in infirmitate, & illo modo deficit q̄
 in credendo titubat, & non usq; ad mortē pro defensione fidei per-
 seuerat. Secundo modo in fide deficit, quia multa credenda sumi-

Quid
fides

D

ter credit, & in multis credendis tanquã in foraminibus uacuis in fide deficit, & sic habet scutum fidei foraminosum. Tertio modo, in fide deficit aliquis in applicatione illius scuti. Et hoc isto modo, q̄ habet firmum habitũ credendorũ, ab actu tñ operis meritorii propter uitam inordinatã deficit. Vnde ad Titum pri. de illis dicitur Confitentẽ se nosse deum, factis autẽ negant. Quicumq; ergo aliquo istorum modorũ in fide deficit, ille caret fidei firmitate. Et pensandum, q̄ Fides differt a spe. Primo in hoc, q̄ Spes est solũ de futuro p̄mio obtinendo. Fides autẽ est de p̄terito, ut de illo quod deo creauit mũdum, q̄ Christus incarnatus est, & sic de aliis. De p̄senti, ut de illo, q̄ deus est, q̄ sancti sunt in patria, q̄ Christus sedet ad dexteram patris. De futuro, ut de illo, q̄ Christus ueniet ad iudicandũ, q̄ oēs qui nondum resurrexerunt in die iudicii resurgent, et q̄ deo in beatitudine p̄miabit finaliter oēs sanctos, qui in gratia finiẽt uitam istam. Secundo, spes nõ attingit ad fidei noticiã de illo quod sperat, sed quietat in actu quodam medio, inter dubietatẽ & credulitatem, Vnde multa sunt proponenda fidelibus, q̄ semota distinctione nec debent dubitare, concedere uel negare, sed sperare. Vt si mihi proponit, Tu saluaberis, nec debeo concedere, quia nescio si est uerum. nec debeo negare, quia nescio si est falsum. nec debeo dubitare, sed sperare. Tertio in hoc, q̄ spes est solum de bono p̄nte possibili sic sperati, fides autẽ est tam de malo q̄ de bono. Nam credimus remissionẽ peccatorum, q̄ ualde est bona oĩbus saluãdis, & credimus q̄ peccatum blasphemie non remittetur, neq; in seculo neq; in futuro. Et quia credere est actus fidei, qui est fidere, ideo scito, q̄ credere, quod homini est ad beatitudinẽ necessarium, est ueritati tanq̄ a Deo dicta, sine hæsitatione adherere firmiter. Pro qua ueritate ratione certitudinis debet homo mortis periculo exponere uitam suam. Et isto modo tenet quilibet Christianus credere explicite uel implicite oẽm ueritatem quam sanctus Spiritus posuit in scriptura. Et isto modo non tenet homo dictis sanctorũ præter scripturã, nec Bullis Papalibus credere, nisi quod dixerint ex scriptura, uel quod fundaretur implicite in scriptura. Sed potest opinari uel homo credere Bullis, quia tam Papa q̄ sua Curia p̄t falli pro-

E

F

Quatenus
credendũ
verbo ho-
minis

ff



pter ignoratiã ueritatis. De illa eĩ uerificat q̄ fallit & fallit̄. Fãl
lit Papam lucrũ, & fallit̄ propter ignorantia. Quomodo aut̄ debet
credi literis principum, instrumentis Notariorũ & narrationibus
hoĩm docet experientia, q̄ est rerum Magistra. Ipsa eĩ edocet q̄
hac tria saepe fallunt. Aliter ergo credit̄ Deo, qui nec falli nec falle
re potest. Aliter Papæ, qui falli & fallere potest, & sic aliter scriptu
ræ sacræ, & aliter Bullæ humanit̄ excogitatæ. Nã scripturæ sacræ
nec licet discredere, nec licet contradicere, Sed Bullis aliqũ licet &
discredere & contradicere, dum uel indignos commendant, uel p̄
ficiunt, uel auaritiã sapiunt, uel iniustos magnificant, & innocẽtes
deprimunt, uel mandatis dei uel cõsiliis implicite cõtradiciunt. Ex
iam dictis patet, q̄ fides est fundamẽtũ ecclesiæ, quo fundat̄ & ad
ficatur in petra Christi IESV, quia illa qua confitẽt̄ ecclesiã, q̄
Christus est filius dei uiui. Nam Petrus pro omnibus fidelibus di
xit. Tu es Christus filius dei uiui. Hæc est, inquit Iohannes pri. Ioan
nis v. uictoria q̄ uincit mundũ fides nostra. Qui est aut̄ qui uincit
mundum, nisi qui credit qm̄ IESVS est filius Dei.

Finis Capitis Octaui.

CAPVT NONVM

FVNDAMENTVM quod erat tertium in proposito, tam
A gebatur ibi, Super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam. Et
quia isto Christi dicto maxime utunt̄ Papæ in suis dictis, uolẽ
tes deducere, q̄ ipsi sint petra, uel fundamentum super quo stat Ec
clesia, sicut in Petro cui dictum est. Tu es Petrus. Ideo pro intelligẽ
tia uerbi dñi est notandũ, q̄ fundamentũ ecclesiæ a quo fundatur
tangit̄ ibi, ædificabo, & fundamentum in quo fundat̄, tangitur ibi,
Super hanc petram, & fundamentum quo fundat̄ ecclesiã, tangit̄
ibi, Tu es Chr̄s filius Dei uiui. Fundamentũ a quo primo & in quo
primo fũdat̄ sancta Ecclesia catholica est Christus IESVS, & fun
damentum quo fundatur, est fides, quæ per dilectionem operatur,
quam Petrus proposuit dicens. Tu es Christus filius Dei uiui. Chri

Funda
mentum

stus ergo fundamentum ecclesie, qui dicit Iohannis xv. Sine me ni-
 hil potestis facere. Sine me primo & principalissimo fundamento.
 Fundat autem CHRISTVS & adificat suam ecclesiam super
 se petram, dum disponit eam ut audiat & faciat sermones suos,
 tunc enim portæ inferi non prævalent aduersus eam. Vnde Lucæ
 sexto dicit Christus. Omnis qui uenit ad me, & audit sermones
 meos, & facit eos, ostendam uobis cui similis est. Similis est ho-
 mini adificanti domum in altum, & posuit fundamentum supra
 petram. Inundatione autem facta illisum est flumen domui
 illi, & non potuit eam mouere, fundata enim erat supra pe-
 tram. Et istud fundamentum ostendit Apostolus Paulus prima
 Corinthiorum tertio, dicens. Fundamentum aliud nemo potest
 ponere præter id quod positum est, quod est Christus IESVS. Et
 prima Corinthiorum decimo dicit. Petra autem erat Christus. In
 isto ergo fundamento, & in ista petra, & ab ista petra fundata est
 sancta ecclesia, quia dicit. Super hanc petram adificabo ecclesi-
 am meam. Et supra fundamentum hoc adificauerunt Apostoli **B**
 ecclesiam CHRISTI. Nam non ad se, sed ad Christum uoca-
 bant populum, qui est primum necessarium & efficacissimum
 fundamentum. Ideo dicit Apostolus Fundamentum aliud nemo
 potest ponere. Vnde ipse Apostolus uidens circa fundamentum
 errare Corinthios, prima Corinthiorum primo, reprobat eos di-
 cens. Vnusquisq; uestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autē
 Apollo, ego uero Cephe, ego autem Christi. Diuisus ergo est Chri-
 stus? Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pau-
 li baptizati estis? Quasi dicat, non. Igitur neq; Petrus neq; Pau-
 lus, neq; alius aliquis citra CHRISTVM est principale funda-
 mentum, uel caput Ecclesie, ideo subsequenter prima Corinthio-
 rum tertio dicit sanctus Apostolus. Quid igitur Apollo? Quid ue-
 ro Paulus? ministri eius sunt cui credidistis, & unicuiq; sicut domi-
 nus dedit ministrare Ecclesie. Ego, inquit, plantauit, scilicet per
 prædicationem, Apollo rigauit scilicet per baptismationem, sed de
 us incrementum dedit scilicet per fidei, spei & caritatis fundationē.

Itaq; neq; qui plantat ut Paulus, neq; qui rigat, ut Apollo est, aliq; scilicet supra quod posset fundari ecclesia, sed qui incrementū dat Deus ipse est ecclesie fundamentum. Et sequit. Vnusquisq; autē uideat quo superadificet, fundamentū enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est quod est Christus IESVS. Hoc autem fundamentū est petra iusticie, de qua loquitur Christus in euāgelio dicens B. Petro. Tu es Pe. & super hanc pe. aedificabo ecclesiam meam. Super quo B. Augustinus de uerbis Domini Ser. xiii. ita dicit. Dominus noster IESVS Christus ita dixit Petro. Tu es Petrus. & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Super hanc petram quam confessus es, super hanc petram quam cognouisti dicēs, Tu es Christus filius dei uiui, aedificabo ecclesiam meam, id est super me ipsum filiū Dei uiui aedificabo ecclesiam meam, super me aedificabo te, non me super te. Nam uolentes homines aedificari super homines dicebāt, Ego sum Paulus, ego Apollo, ego uere Cephe, ipse est Petrus.

Petra

C Et alii nolentes aedificari super Petrum, sed super petram dicebāt, Ego sum Christi. Hæc ibi. Et super Iohannem. Omel. ult. ita loquitur Petrus Apostolus propter apostolatus sui primatū gerebat figura ta generalitate personā, quod enim ad ipsum proprie pertinet natura unus homo erat, gratia unus Christianus, abundantiore gratia unus, idemque primus Apostolus. Sed quoniam ei dictum est, Tibi dabo claves, regni cæli. & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis, uniuersam significabat ecclesiam, quæ in seculo diuersis tenerationibus, uelut hymbribus, fluminibus & tempestatibus quatit, & non cadit, quoniam fundata est super Petram, unde Petrus nomen accepit. Non enim a Petro petra, sed Petrus a petra, sicut non Christus a Christiano, sed Christianus a Christo uocatur. Ideo quippe ait dominus. Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, quia dixerat Petrus, Tu es Christus filius dei uiui. Super hanc, inquit, petram quam confessus es aedificabo ecclesiam meam. Petra enim erat Christus. Ecclesia ergo quæ fundatur in Christo, claves ab eo regni cælorum accepit in Petro, id est potestatem ligandi soluendique peccata. Quod est enim in Christo per proprietatem ecclesie, hoc est per significationem Petrus in Petra, quæ significatione intelligitur Christus petra, Petrus ecclesia. Hæc igitur ecclesia quam signabat Petrus, quæ diu

Non a Petro
Petra,
sed a Petro
Petra.

degit in malis amando, & sequendo Christum, liberaf a malis, ma
gis aut sequit in eis qui certant pro ueritate usq; ad mortem. Hac
per totum Augustinus docens cum Apostolo concorditer, q; solus
Christus est fundamentū & petra, super quo fundat ecclesia. Ad qd^D
uocat Petrus Apostolus pri. Petri ii. dicens. Ad quem accedetes la
pidem uiuum ab hoibus quidem reprobatur, a deo aut electum &
honorificatur, & ipsi tanq; lapides uiui superaedificamini in domos
spirituales sacrificium sanctū offerre spirituales hostias acceptabi
les deo, per IESVM Christum. Propter quod continet scriptura,
Ecce ponam in Sion lapidem summum angularē, electum, p̄ciosū
& qui crediderit in eum non confundet, uobis igit honor credenti
bus, non credentibus aut lapis, quem reprobauerunt adificantes,
hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis & petra scandali,
his qui offendunt uerbo, nec credunt in quo repositi sunt. Et Paul⁹
ad Ro. ix. dicit. Israel non sectando legem iusticiae, in legem iusti
ciae non peruenit, quare, quia non ex fide, sed ex operibus, Offende
runt eū in lapidem offensionis, sicut scriptum est. Ecce pono in Siō
lapidem offensionis, & petram scandali, & oīs qui crediderit in eum
non confundet. Ecce quō isti duo Romani apostoli & episcopi Pe
trus & Paulus ipsum dūm IESVM Christum ex scriptura pbant
esse lapidē, & petram fundamentā. Nam Esaia xxviii. dicit dñs.
Ecce ego mittam in fundamentū Sion lapidem angularem, proba
tum, p̄ciosum, in fundamento fundatū. Et in Psal. Lapidem quem
reprobauerūt adificantes, hic factus est in caput anguli. Ipse ergo
Christus est fundamentū Apostolorū, & totius ecclesiae, in quo ip̄a
construit. Vnde Apost. ad Ephes. ii. dicit. Iam non estis hospites &
aduena, sed estis ciues sanctorū, & domestici dei, superaedificati su
pra fundamentū Apostolorū & prophetarū ipso summo angulari
lapide Christo IESV, in quo oīs aedificatio constructa, crescit in
templum sanctum in dño. Vbi dicit S. Remigius. Fundamentum
Apostolorū & prophetarū, oīm q; fidelīū Christus est, quia in fide
illius sunt stabiliti & fundati. Sicut ipse dixit. Super hanc petram. i.
super me aedificabo ecclesiam meam, quae constat ex angelis & ho
minibus iustis. Oīs eū qui fidem Christi habet, super ipsum funda

tus est, ipso summo angulari lapide Christo I E S V, quò Christus est fundamentum & summus lapis, per hoc, quia ab ipso incipit fides, & in ipso, & ab ipso perficitur atq; completur ipsa fides, ideo omnes electi in ipso sunt fundati. Hac Remigius, Haymo. Ex his patet, qd solus Christus est fundamentum p̄cipuum ecclesiæ, & ad tantum pensauit Apostolus illud fundamentum, quod nihil ausus fuit loqui, nisi quod esset in illo fundatum. Vnde ad Ro. xv. dicit. Non enim audeo aliquid loqui eorum, q̄ per me non effecit Christus, in obedientia dei, in uerbo, & in factis, & in uirtute signorū & prodigijs in uirtute Spiritus sancti. Sic aut̄ hoc p̄dicauit euangeliū, non ubi nominatus est Christus, sicut alienum fundamentum ædificare. Ecce iste Apostolus, qui fuit uas electionis, dicit se non auidere aliquid loqui, nisi q̄ Christus per eum loqueret, quia alias non super Christo fundamento efficacissimo fundaret uel ædificaret, si quidq; diceret, p̄ciperet uel faceret, quod non haberet in I E S V Christo fundamentum. Ex quo patet, qd non Petrus, sed petra Christus designat, in Christi euangelio, dum dicit Christus. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Sed obiicit per Ambrosium dist. L. ubi dicit. Fidelior factus est Petrus, postq̄ fidem se perdidisse defleuit, atq; ideo maiorem gratiam reperit q̄ amisit, tanq̄ bonus enim pastor tuendum gregem accepit, ut qui sibi infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum, & qui se interrogationis tentatione mutauerat, ceteros fidei stabilitate fundaret. Deniq; pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicit, sicut ait dominus. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Petra enim dicitur, eo qd primus imitationis fidei fundamenta posuerit, & tanq̄ saxum immobile totius operis Christi compagem moleq; contineat. Hac Ambrosius, ostendens qd Petrus dicitur petra, hic dico, qd Augustini expositio præstantissimi expositoris scripturam uideat esse, & est efficacior, quia fundata in scriptura expressa, quæ dicit Christum esse petram, & lapidem angularem, & efficacissimum fundamentum, nusquam autem legitur in scriptura expresse, qd Petrus est petra, nec Christus, qui leuiter dicere potuit, dixit. Tu es petra, & super te petram ædificabo ecclesiam meam. Sed dixit. Tu es Pe

E

trus id est confessor uerae petra. Et super hanc petram quam tu cōfessus es, aedificabo ecclesiam meam. Aedificat autē super se Christus ecclesiam fide, spe, & charitate. Vnde credimus & speramus in Christo, & non in Petro, & charitatem maiorem uel dilectionem habere debemus ad Christum, q̄ ad Petrum. Sic enim patres ueteris Testamenti non credebant, nec sperabant in Petrum futurū, sed in petram. Sic nec sancti Noui Testamenti credunt uel sperāt in Petrum, sed in Christum, qui ē fides & spes nostra obiectiue. Cōcedi tamen debet, q̄ Apostoli sunt fundamenta ecclesiae, sed non eo modo quo CHRISTVS est fundamentum. Vnde ipse est fundamentum fundamentorum, sicut est & sanctus sanctorum. Vnde beatus Augustinus super illo Psalmo, Fundamenta eius in montibus sanctis, ostendens, q̄ ciuitatis nouae Hierusalem, ciuitatis Sion, fundamentum principalissimum est CHRISTVS & lapis angularis, & montes prophetæ & Apostoli, in quibus sunt fundamenta Ecclesiae, dicit. Noueritis, quia fundamentum Christus est & primum, & maximum. Fundamentum, inquit Apostolis, aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus IESVS. Quomodo ergo fundamenta Prophetæ & Apostoli, & quomodo fundamentum Christus IESVS, quo ulterius nihil est, quomodo putamus. Nam quemadmodum aperte dicitur Sanctus Sanctorum, sic figurate Fundamentum Fundamentorum. Ergo sacramenta cogites, Christus Sanctus Sanctorum. Si gregem subditum cogites, Christus Pastor pastorum. Si fabricam cogites, Christus Fundamentum fundamentorum. Et postea ostendens causam quare Prophetæ & Apostoli dicuntur fundamenta fabricae ciuitatis Hierusalem. Quare sunt fundamenta Prophetæ & Apostoli? quia eorum autoritas portat infirmitatem nostram. Quare sunt portae? Quia per ipsos intramus, per CHRISTVM intramus, ipse est ianua. Et dicuntur duodecim portae Hierusalem, & una porta Christus, & duodecim portae Christus, quia in duodecim portis CHRISTVS. Hæc Augustinus.

F

Et Glosa super illo uerbo Apocalyp. xxi. Murus ciuitatis habens fundamēta XII. dicit, id est prophetas, in quorum fide fundati sūt Apostoli, ex ipsis em̄ successit fides in Apostolos, eademq; p̄dicatio Apostolorū credulitatem habuit ex prophetis, qui idem dixerunt. Vel fundamēta accipiamus Apostolos, in quibus fundat̄ tota munificencia ecclesie. Item ibidem. Fundamenta muri ciuitatis omni lapide p̄cioso ornata, & fundamentū primū iaspis. Dicit glosa, fundamenta. i. propheta uel Apostoli in se ipsis ornati omni ḡne uirtutum. Ecce ex his patet, quō Christus est fundamentum ecclesie, & quō Apostoli sunt fundamenta, Christus autoritate, qui ab ip̄o incipit, & in ip̄o finit, & per ipsum finit cōstitutio ecclesie. Prophetæ uero & Apostoli sunt fundamēta, quia ip̄orum autoritas portat infirmitatem nostram. Et illum modum intendit etiam Ambrosius in dicto suo dicens. Quod Petrus ideo petra dicit, q̄ primus imitatoribus fidei fundamenta posuerit, & tanq̄ saxū imobile scilicet a finali constantia, totius operis Christi compagem, molemq; contineat. Fundamenta uero quo fundat̄ Ecclesia in Christo est fides, quā Petrus confessus est, dicēs. Tu es Ch̄s filius dei uiui. Et de isto fundamento dicit Paulus pri. Corinth. iii. Secundū gratiam q̄ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentū posui, scilicet fidē docens Christi. Et subdit. Alius aut̄ superadificat, id est, supra fidē bona opera facit. Vnusquisq; aut̄ uideat quō superadificet, scilicet uitam spiritualē in Christo. Nam subdit. Fundamentū em̄ aliud nemo potest ponere p̄ter id quod est positū, quod est Christus I E S V S. Si quis aut̄ superadificat supra fundamentū hoc, aurum, id est doctrinā deitatis & celestium. Argētum, id est doctrinā humanitatis & creaturarum. Lapides p̄ciosos. i. uirtutes animā & ei⁹ potentias exornantes. Ille sine dubio in Christo I E S V est fundatus. Superadificauerunt sic Apostoli, dum feruenter et clare doctrinam deitatis, humanitatis & uirtutū docentes, & in carne uiuentes, sanguine suo Christi ecclesiam plantauerunt. Quis aut̄ eorū plus superadificauerit in Christo, & plātauerit ecclesiam in Christo, dum, dño p̄stante, ad patriam uenerimus, tūc sine dubio cognoscemus. Concedit̄ aut̄, q̄ Petrus a petra ecclesie, quæ est Christus, habuit hu-

ECCLESIA CAPVT IX.

militatē, paupertatem, fidei firmitatem, & consequenter beatitatē.

Sed quod ex isto uerbo Euangelii. Super hāc petram adificabo ecclesiā meam, Christus intenderit super personā Petri, adificare totam ecclesiā militantē, fides euangelii cū expositiōe Augustini, & ratio cōtradiciunt. Nam super Petrā q̄ est Christus, a quo Petr⁹ accepit firmitatem, fuit Christus adificaturus suam ecclesiā, cum Christus sit caput & fundamentū totius ecclesiā, sed nō Petrus. Sed

contra B. Dionysius in lib. suo de Diuinis nōibus cap. iii. uocat be
atum Petrū uerticālē .i. capitalem seu Capitaneū. Et in libello quē
scripsit de morte Apostolorum Petri & Pauli, sic alloquit Titum.

Cum separarēt ab inuicem, ducti ad loca supplicii, Paulus Petrum
alloquit in hęc uerba. Pax tecum fundamentū ecclesiarū, & pastor

ouium & agnorū Christi. Item Augustinus in de quaestionib⁹ ue
teris & nouæ legis dicit, q̄ Petrus erat primus inter Apostolos. Itē

xxiii. q. pri. Rogamus. Marcellus Papa sic loquit. Rogamus uos
fratres, ut nō aliud doceatis, q̄ quod a B. Petro & a reliqs Aposto
lis accepistis. Ipse em̄ est caput totius ecclesiā.

Cui ait dñs. Tu es Pe
trus, & super hanc pet. adific. ecclesiā meam. Item dist. xxi. c. In
nouo. Anacletus papa dicit. In nouo Testamēto post Christū dñm
a Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primo pōtificatus in ec
clesiā Christi datus est, dicente dño ad eum. Tu es Petrus, & super
hanc pet. adifi. eccle. meam. Hic ergo ligandi soluendiq; p̄tatem
primus accepit a dño, primusq; ad fidem populū uirtute suā p̄dica
tionis adduxit. Cateri uero Apostoli cum eodē pari consortio ho
norem & p̄tatem acceperunt. Item cōiter dicit. Quod Petrus fuit
caput ecclesiā, quia dicit Cephaz, quod interpretat caput. Suppositis
dans scim⁹ in pri. ii. iii. & iiii. capitulis. Quod unica est sancta uni
uersalis ecclesiā, q̄ est oīs p̄destinati saluandi, & q̄ solum Christ⁹
est caput illi⁹ ecclesiā, sicut ipse solus est persona in illa ecclesiā di
gnissima, conferens ei & mēbris eius motum & sensum in uitā gra
tiæ, tunc manifestū est, q̄ Petrus non fuit nec est caput sanctæ ec
clesiā catholica. Et dictum B. Dionysii est uerum, q̄ Petrus fuit
capitaneus inter Apostolos & fuit fundamentum ecclesiarū, ut in
proximo dictum est de Apostolis. Et dictū Augustini etiam est ue

ἰακωβος
καὶ πέτρος
κορυφαία
καὶ πρε
σβυτάτη
θεολόγησ
ἀκρότης
Obserua
eum de
Iacobo
& Petro
loqui.

Zephas

rum, q̄ Petrus fuit primus inter Apostolos, secundum aliquam p̄rogatiuam. Et dictum Marcelli uerū est, q̄ Petrus fuit Caput totius ecclesiæ, quam regebat doctrina & exemplo. Nō aut̄ fuit prima dignior matre Christi, nec æqualis Christo, nec rector angelorū, qui tunc erant triumphans ecclesiæ, constitutus. Vnde non est fidei multum simplici dubiū, q̄ Petrus non audet se asserere fore caput sanctæ ecclesiæ catholicæ, eo q̄ nec totam rexit, nec tm̄ dignitate p̄cessit, nec sponsus ipsius ecclesiæ catholicæ fuit. Ioannes Baptista quo secundum ueritatis testimoniū Matth. xi. Non surrexit maior inter natos mulierū, non se ausus est dicere sponsum ecclesiæ, sed amicum humiliter se esse confitetur. Vnde Iohā. iii. discipulis zelantibus pro ipso & dicentibus. Rabi, qui erat tecum trans Iordanē, cui ta testimoniū perhibuisti, ecce hic baptizat, & oēs ueniunt ad eum. Respondit Ioannes & dixit. Non potest hō accipere quicq̄, nisi fuerit ei datum de celo, ipsi uos testimoniū perhibetis, quia dixerim, non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum, qui habet sponsam sponsus est. Sufficit mihi quod sum amicus sponsi, stans & audiens cum gaudio uocem sp̄si, qui dicit Iohā. xv. Vos amici mei estis, si feceritis q̄ ego p̄cipio uobis. Et patet, quia nimis magna p̄sumptio & stulticia foret, hoīem p̄ter Christum se caput uel sponsam sanctæ ecclesiæ catholicæ appellare. Quare aut̄ Christus Petrum post se capitaneū & pastorem cōstituit, fuit p̄minentia uirtutum ad regendā ecclesiā. Aliter enī sapientia patris improuide eū constituisset ecclesiæ suæ episcopū. Et cum oēs uirtutes morales in ḡne sunt cōnexæ, patet q̄ Petr⁹ habuit quandam p̄minentiam in omni ḡne uirtutū. Tres aut̄ erant uirtutes in quibus Petrus p̄cellerat, fides, humilitas, & charitas. **I**des, quam oportet esse fundamentū ecclesiæ, p̄cellerat primum in Petro, propter quod ordinauit Magister optim⁹ Matth. xvi. quod ad quæstionem quam quæsiuit de se ipso. Quē dicunt hoīes esse filiū hoīs. Petrus p̄ oībus respōdet. Tu es, inquit, filius dei uiui. Vbi confitetur humanitatem in Christo, quo significauit Christum esse Messīā patribus p̄missum. Et secunda pars confitetur Christū filium dei uiui naturalē, & sic confitetur Petrus Christū esse uerum deum, &

uocum hoïem, & inter oēs fidei articulos, iste est ad adificationem ecclesie pertinētior. Quia secundum B. Ioannē pri. Iohān. iiii. Dei filius uincit mundum. Quis est, inquit, qui uincit mundū, nisi, qui credit quōd IESVS est filius dei. Nā hoc fundamento habito, quā tum credis, quod oīa q̄ fecit Christ⁹ uel docuit, sunt sine calumnia a tota ecclesia acceptāda. Ideo audiuit Petrus a dño. Beatus es Si mon Bariona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis. Et ex ista fide accepit Petrus onus p̄fecturæ ecclesie, Et ego dico, inquit Petra, quia tu es Petrus, & super hanc pet. ædifi. eccl. meam. Vnde propter hæc Petri Vicarii & ecclesie Præpositi tenent p̄dicare fidem ecclesie. Vnde Luca xxii. ait Saluator Ego aut̄ rogau pro te, ut non deficiat fides tua, & aliquñ conuersus cōfirma fratres tuos. Vnde orās pro fide sua exauditus est pro sua reuerentia, ad Hebr. Et secundo iniunxit sibi primatū officii dñs. Tibi dabo post mortem meā clauēs regni calorū, id est ecclesie, quam fortificabo super ecclesiam malignantiū, dando tibi p̄tatem ligandi atq; soluendi, ut nō superflue occupes clauēs ecclesie quas dedi tibi rōne cōfessiōis meritorie humanitatis & deitatis, qua a patre modo cælesti edoctus, dixisti. Tu es Chrs filius Dei uiui. Vñ rōne tā firmæ & p̄fundæ cōfessiōis Iohān. pri. uocat̄ Cephas quod interpretat̄ Petrus. Vñ Hierony. perit⁹ linguæ dicit, q̄ cephas interpretat̄ petr⁹ uel firmitas, & syrū est, nō hebræū. Et ex isto patet solutio ad ultimā obiectionē. Nō enī Cephas .i. caput interpretat̄ Euāgelii & Hiero. sed cephas quod interpretat̄ petr⁹. Quātū ad scdām uirtutē q̄ est hūilitas, cū Petr⁹ audiuit a Magistro suo Matth. xi. Discite a me, q̄a mi. sum & hu. corde. Et eiusdē xx. Quicūq; uoluerit inter uos ma. fieri fit mi. ue. & qui uo. inter uos pri. esse, erit ue. ser. Et idē audiuit Matth. xxiii. Marci x. & Luca xxii. quō nō fuisse sic ultra alios quodāmodo hūilis, hñs quādā p̄rogatiuā a dño Chfo Iesu. Vñ pbabiliter dī, q̄ Petrus q̄sui, & respōdit hūiliter, sicut humiliter se obtulit p̄ aliis ad ministeriū ecclesie faciendū. Nā Act. viii. miss⁹ ad Samariā ab Ap̄st̄is trāsīit hūiliter cū Ioāne. Item Act. viii. uocat⁹ ad Ioppe trāsīit hūiliter, & ibi per multos dies apud Simonē Coriariū morabat̄. Itē Act. x. uocat⁹ ab Cornelio de Iop-

K
Zephas

pe ad Cafariã trãsit hūiliter. Itē Act. xv. in Cōcilio Apostolorū & ecclesiã, post suū sermonē Iacobo diffiniēte & dicente. Audite me Simō narravit &c. Et sequit̃. Propter quod ego iudico nō inquietari eos q̃ ex gētibus cōuertunt̃ ad dñm. Item Act. ix. habet̃, quō Petr⁹ p̃trãsit uniuersos scilicet p̃dicando humiliter uerbū Dei. Itē correptus acute a Paulo ad Galat. xi. humiliter tolerauit. Om̃ia aut̃ ista exercuit non gratia mūdani honoris uel commodi, sed humiliter obediēter, & pro supportando honore legis Christi. Vnde in istis legibus maioritatem Petri Apostoli q̃ debet secundum humilitatem seruicij mensurari, ut patet ex diffinitiōe Magistri Luca xiiii & xvi. & Matth. xxiii. dicente. Qui se humiliat exaltabit̃. Quantū ad tertiam uirtutem q̃ est charitas patet, q̃ illam habuit quodam modo supra alios, ut patet ex feruore operū, q̃ oportet ex maiori dilectiōe procedere. Et confirmat̃ ex hoc, q̃ aliter Petrus foret nimis ingratus nisi Magistrum suum, tam singulariter eum diligentem, a magna blasphemia abstergentē, & super oues suas gratiose p̃ficiētem correspondenter magis diligeret. Et tertio confirmat̃ ex hoc, q̃ aliter Magister Iohañ. ult. impertinenter quæreretur. Si mon Iohannis diligis me plus his, & statim cōmittit̃ sibi oues suas ad pascendum. Sed ibi notādum foret, q̃ multiplex est ratio amādi Christum. Quidam enim plus aliis amant Christum, sed ratione diuinitatis, ut credit̃ de Iohanne Euangelista. Quidā nō plus amant Christum, secundum rōnem suã humanitatis, ut credit̃ de Philippo. Et quidam secundū rōnem sui corporis, quod est Ecclesiã, & sic de multis aliis rōnibus, pro quib⁹ de quolibet sancto dicūt illud Ecclesiast. xliiii. uerificari. Non est inuentus similis illi, qui conferuaret legem excelsi. Et patet Petri p̃fectiō rōne fidei, humilitatis, charitatis, imo paupertatis & patientiã. Paupertatis. Nam Actū iii. dixit petenti eleemosynam. Argentū & aurum non est mihi, quod aut̃ habeo, hoc tibi do. Et quia audiuit a Magistro Lucae xxi. In patientia uestra possidebitis aīas uestras, uidef̃ probabile, q̃ Petrus ex negatione Magistri ad patiendum martyriū extit̃ plus paratus, & p̃sertim, quia recognoscens infirmitatem suam, ex negatione Magistri, habuit recentius memoriam fragilitatis

L

propria, propter quam aliis condescendit humiliter, & paratior fuit pro negato Dño pati carceres usq; ad mortem. Nec dubium quin carceres Herodis in Ierusalem, & carceres Theophili in Antiochia, & carceres Neronis in Roma humiliter tolerauit. Si iam dictis uirtutū uis incedit uocatus Petri Vicarius, credimus q̄ sit uerus eius Vicarius, & p̄cipuus Pōtifex ecclesie, quam regit. Si uero uadit uis cōtrariis, tunc ē Antichristi nuncius, contrari⁹ Petro, & Dño IESV Christo. Vnde B. Bernardus li. iiii. ad Eugeniū ita scribit. Inter hæc tu Pastor procedis deauratus, tam multa circumdatus uarietate. Oues quid capiunt? si auderē dicere, demonū magis q̄ ouium pascua hæc sunt. Nō sic sanctificabat Petrus uel Paulus iudebat. Et sequitur. Pastorem te populo aut nega aut exhibe. Non negabis ne cuius sedem tenes, te neges hæredē, Petrus hic est qui nesciē processisse, uel gemmis ornatus, uel sericis, non testus aureo, uel uestus equo albo, nec stipatus milite, nec circumstrepentib⁹ ministris, absq; his tñ credidit satis posse implere salutare mandatum. Si amas me, pascue oues meas, in his successisti non Petro, sed Constantino. Hæc Bernardus. Nouit iste sanctus quod Eugenius papa debuit esse Vicarius in paupertate & humilitate, nō in fastu sed in pascu ouium, sequens Petrum. Nam illius est homo uerus uicarius cuius uicem gerit, & a quo procuratoriā potestaté legitime accipit. Sed nemo uere & Christo acceptabiliter gerit uicē Christi uel Petri, nisi sequat̄ eum in moribus, tam nulla alia est sequela pertinens, nec aliter nisi sub illa cōditione recipit a Deo procuratoriam potestatem. Et ideo ad tale officiū Vicarii requirif, & morum conformitas, & intituentis authoritas, & huic Saluator commendans in cœna nouissima institutionē Sacramenti uenerabilis & discipulos constituens Vicarios ad hoc, ut sic facerent in suā cōmemorationem, dixit Iohañ. xiii. Exemplū dedi uobis, ut quēadmodum ego feci uobis, & uos similiter faciatis. Et Matth. xi. Qui fecerit & docuerit, hic magnus uocabif in regno cælorum. Vñ quo ad hoc dicit B. Hieronymus ad Heliodorū, & ponif in Decret. dist. xl. Nō est facile in loco Petri & Pauli sanctorū tenere cathedram regnantū cum Christo, quia huic dicif. Non sanctorum filii sunt,

IOHANNIS HUSSITÆ DE

qui tenent loca sanctorum, sed qui exercēt opera eorum. Et B. Gregorius idem dicit. Non loca uel ordines, creatori nostro nos proximos faciunt, sed nos aut bona merita coniungunt, aut mala disiungūt. Item Chrysof. Multi sacerdotes, & pauci sacerdotes, multi nomine & pauci in opere, uidete ergo quomodo super cathedrā sedebitis, quia nō cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram, non locus sanctificat hoīem, sed homo locū. Non oīs sacerdos sanctus, sed oīs sanctus est sacerdos. Qui bene sederit super cathedrā honorem facit cathedræ, qui male sederit, iniuriā facit cathedræ. Ideoq; malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. Hac ille. Item ibidem ex gestis Bonifacii martyris dī sic. Si papa suæ & fraternæ salutis negligēs, reprehendēs inutilis, remissus in operibus suis, & insuper taciturnus, quod magis officit sibi & ouibus, nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit primo mancipio gehennæ, cū ipso plagis multis in æternū uapulaturus. Nec est necessariū multos sanctos allegare, cū dicat Summus Pontifex sanctus sanctorum Iohā. x. Oīnes quot quot uenerunt fures sunt & latrones. Et Matth. v. dicit discipulis. Vos estis sal terræ, quod si sal euauerit in quo salietur, Ad nihilū ualet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et Lucæ xiiii. dicit. Bonum est sal, si autem euauerit in quo condiet, neq; in terram neq; in sterquiliniū utile est, sed foras mittetur. Et uolens istam sententiam piissimus Saluator & Magister optimis mentibus hominum imprimere, statim adiecit. Qui habet aures audiendi audiat. Videat ergo quilibet sacerdos, si bñ intrauit, mūdus existēs a crimine, cū syncera itētiōe ad honorem dei, ad profectum ecclesiæ, & si conuersatur digne, mundanos honores, & lucrū seculi paruipendēs, aliter enim est mēdax, Antichristus, & quanto in altiori officio, tanto maior Antichristus. Videat uiator humilis Christum qui dicit Iohannis xiiii. Ego sum uia, ueritas & uita.

Ecce habet uiam qui uult ire, quia Christus est uia. Quo uult ire, Christus est ueritas, & ubi uult manere, Christus est uita.

¶ Caput Decimum.

NVNC de potestate Christi, Vicariis ab ipso tradita est, dicendum, quæ ibi tangitur. Tibi dabo claves regni caelorum, id est potestatem ligandi soluediq; peccata, ait Augustinus super Iohannem quaestione ultima, cuius potestatis effectus ostenditur, cum subdit Christus. Et quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis, & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in caelis. Et quia dicta potestas, est potestas spiritualis, ideo Notandum est, qd potestas spiritualis est potestas spiritus per se immediate ordinata, ut creatura rationalis secundum bona gratiæ dirigat. Est autem omnis homo spiritus, cum sit duarum naturarum utraq; ut loquitur Saluator Luca nono dicens discipulis. Nescitis cuius spiritus estis. Et prima Iohannis quarto dicitur. Omnis spiritus qui soluit IESVM ex Deo non est, ibi spiritus est subtilis hæreticus, negis IESVM esse uerum Deum, & uerum hominem. Et patet, qd siue analogifetur potestas ad Deum & creaturas rationales, siue restringatur ad potestates hominum & angelorum, uerum est, qd omnis potestas spiritualis est potestas spiritus. Et quamuis homo non det gratiam, ministrat tamen sacramenta, ut subditus secundum bona gratiæ dirigatur. Potestas autem corporalis quamuis sit propter bona gratiæ, tamen immediate est. ut creatura Dei ordinetur secundum bona naturalia uel fortuna. Et ita uidetur omnis homo habere duplicem potestatem, cum omnis homo debet habere potestatem super actus membrorum, & propterea habet potestatem uiuendi in gratia. Ideo potestas spiritualis capit subdiuisionem multiplicem, cum aliqua sit Ordinis, & aliqua Communis. Potestas ordinis uocatur potestas spiritualis, quam habet Clericus ad ministrandum ecclesiæ Sacramenta, ut spiritualiter profit sibi & Laicis, ut est potestas conficiendi, absoluendi, & alia sacramentalia ministrandi. Nam potestas conficiendi ordinatur per se & immediate ut sacerdos conficiat, sicut habitus uirtutis moralis ordinatur propter actus habitibus meliores, & cum sacerdos ut digne conficiat dirigat, secundum bona gratiæ, ideo patet descriptio supradicta.

Potestas autē Spiritualis, comunis est potestas, quam habet quisque plebanus in exercendo opera spiritualia, in se & in aliis, de quibus meminit iste uersus. Doc. cōsul. castig. solare remirte fer ora. Nam quotquot receperunt Christum fide, dedit eis potestatem filios dei fieri, ut liceat eis dirigere se & fratres suos in uia patris sui Christi, & caritatiue corripiendo, ut patet Matth. xviii. Si peccauerit in te, inquit Christus, frater tuus, corripe eum intra te & ipsum. **B** potestas secularis est duplex, scilicet Ciuilis & comunis, Ciuilis auctoritatiua solum dño ciuili competit. Sed ciuilis uicaria, conuenit officariis uel ministris. Potestas autē cōis Secularis est potestas, qua homo potest secundum bona naturæ & fortunæ dirigere se & suos, & ita sicut homo non potest esse integer sine ania & corpore, nec filius Dei adoptiuus sine bonis naturæ & gratiæ. Sic non stat uiatorē esse, nisi habeat tam secularē q̄ spirituales potestates comunem, quæ in infantibus & mortuis sit ligata. Spiritualis autem ubiq̄ est perfectior, & ipsa sacerdotalis potestas quo ad dignitatem excedit potestatem regalem, quia secundū Apostolum Hebr. vii. Maior est qui benedicit, & minor qui benedicitur. Vnde spiritualis potestas sacerdotalis excedit regiam in antiquitate, dignitate & utilitate. Antiquitate, quia iubente deo sacerdotiū institutum est, ut patet Exodi xxviii. Postea per sacerdotiū iubente deo instituta est regalis potestas, ut patet Deutero. xvii. & primi Reg. xii. In dignitate excedit ut dictum est, quia ut maior sacerdos benedicit & cōsecrat & ungit regem. Vtilitas autē ex eo euident maior, quia per se sufficit spiritualis potestas ad regendum populū, ut patet de Israele usq̄ ad tempora Saul, sine potestate regia salubriter administrato. Potestas igitur spiritualis cum sit de bonis optimis, & per se sufficientibus excedit potestatem terrenam, cum illa nihil ualet sine potestate spirituale principaliter regulante. Sed e contra, Spiritualis potest per se sufficere sine illa, & hinc est quod sacerdotes abutentes ipsa potestate tam alta per fastum uel per aliud crimen, profundius cum diabolo decidunt in gehennam per regulam B. Gregorii & aliorum sanctorū. Quanto status altior, tanto casus grauior. Et notandum, quod potestas dicit nunc absolute potentiam ad regulandum, & nūc dicit

aggregatiue potētiam talem, cum notificatione aut p̄mulgatiōe
 autentica. Et patet, q̄ non repugnat non esse potēstatē nisi a Deo, **C**
 & tñ aliud a deo dare potēstatē, hoc est p̄mulgatiōē autenticā
 in facie ecclesiā, q̄ personā creata habeat a Deo hmōi potēstatē
 Tale quidem aggregatū secundum partē dat̄ ab hoīe, sed non nisi
 Deus principaliter authorizet. Et ex isto potest ulterius concipi, q̄
 potestas non laxat, uel stringit, augmentat, uel diminuit, quo ad
 suam essentiā, sed quo ad executionē operis, quod ab ipsa procede
 ret, & hoc licet facere, sed non nisi adsit causa rationalis quo ad de
 um. Et illum sensum exponit Canon xxiiii. q. pri. Miramur. Aliud
 inquit, est potēstas officii, aliud executio, & ut plurimū in Mona
 chis & aliis retinet potēstas officii, uelut in suspensis, quibus mini
 stratio interdicit, potentia non auferit. & ad cōformem sensum cō
 cedit, quod naturalis potēstas q̄ est liberum arbitriū, potest nūc la
 xari per gratiam, & nunc restringi. Et sic soluunt apparētes discor
 dia Doctorū, quorū aliqui, ut Anshelmus, dicunt, q̄ non potest per
 di uel augmentari, uel minui liberum arbitriū. Alii aut, ut Auguf.
 in Enchiridio, dicūt, q̄ perdi potest liberū arbitrium per peccatū,
 & augeri per gratiam. Bene circa potēstatē de collatiōe, subtracti
 one uel restrictione, est in ecclesia magna lis, notū tñ est, q̄ qñ de
 & ratio cogunt ad utilitatem ecclesiā, ut sic fiat per hoīem, tñc, &
 aliter non, Deus dat uel subtrahit, uel restringit huius potēstatē.
 Vnde cum Christus dicit Petro, Tibi dabo clauēs regni calorū, po **D**
 tēstatē ligandi soluediq; peccata, in persona Petri dixit toti ec
 clesiā militanti, non q̄ quālibet persona illius ecclesiā indifferen
 ter habeat illas clauēs. Sed q̄ tota illa ecclesia secundū singulas ei
 partes ad hoc habiles hēat illas clauēs. Illa aut clauēs non sunt ma
 teriales, sed spiritualis potēstas & noticia scientiā euangelica, & p
 pter istam potēstatē & noticiā credit, q̄ Christus pluraliter no
 minat ipsas clauēs. Vnde Magister Sētētiarū in iiii. lib. dist. xviii.
 cap. ii. dicit. Clauēs dicit pluraliter, quia una nō sufficit. Clauēs ista
 sunt discernendi scientia, & potentia iudicandi, qua dignos recipe
 re, indignos debet excludere a regno ecclesiasticus iudex. Et notā
 dum, q̄ licet sola Trinitas habet hmōi potēstatē autenticā princi
 hh

palem, sola Christi humanitas habet potestatem hmōi subautenticam ab intrinseco principalem, cū Christus sit simul Deus & homo, tū plati ecclesiæ habent sibi commissam potestatem instrumentalem, siue ministerialem, q̄ est potestas iudicialia, consistens principaliter in duobus, scilicet In potestate arbitrarie cognoscendi, In potestate iudicialiter iudicandi, & prior istarum in foro pœnitentiæ, uocat̄ clavis conscientia, ratione dispositiua ad secundam principaliorem, cum nemo licite habeat potestatem diffinitive sententiandi, nisi prius habeat potestatem cognoscendi in causa quæ dicit̄ arbitrarie sententiã. Vnde prima clavis non est actus uel habitus sciendi, sed potestas sic antecedenter cognoscendi. Omnis ergo potestas ordinis sacerdotalis instrumentaliter aperiendi homini ostium, quod est Christus, uel claudendi a subdito dictū regnū, est clavis ecclesiæ data Petro, & aliis, ut patet Matth. xviii. ubi dicit saluator. Amen dico uobis, q̄cunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in celo, & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in celo. Et Iohann. xx. Accipite spiritum sanctū, quorum remiseritis peccata, remittent̄ eius. & quorū retinueritis, retenta sunt eis. Et Matth. xvi. Petro & ecclesiæ in ipso dictū est. Quodcunq; ligaueris &c. Et ista uerba ex defectu intelligentiæ terrent multos Christianos, ut timeant seruiliter, & alii decipiunt̄ in eis, p̄sumentes de plenitudine potestatis. Ideo supponendū est primū, q̄ dictum Saluatoris est necessariū de uirtute sermonis, eo q̄ nō est possibile Sacerdotem quicq; soluere uel ligare, nisi illa solutio uel ligatio fit in celo, nedū in caelesti corpore, quod cōtinet orbē sublunariū, & oia q̄ in illo sunt, sed in approbatione diuina & naturæ angelicæ q̄ sūt caeli. Vbi notandum, q̄ in aia peccantis mortaliter sit culpa, & corripit̄ uel definit esse gratia, propter quod peccans mortaliter obligat̄ debito dānatiōis æternæ, si nō pœniteat, in qua culpa perdurās a cōsortio uiantiū in gratia separaf̄. Potest aut̄ remedium habere pœnitentiã, qua culpa delet̄, gratia confer̄, uinculū damnationis rumpit̄, & hō ecclesiæ reunit̄. Ipsa aut̄ pœnitentiã cōtritione, & cōfessione & satisfactione perficit̄. Contritio, q̄ est tristitia uel plen⁹ dolor de peccato cōmissio debet includere peccati displicentiã, tã cōmissi, q̄ quod possit cōmitti, & ista in necessitatis articulo suffi-

teret homini ad saluandū. Vnde Saluator cognoscēs mētem adul-
teræ esse in tristitia Iohañ. viii. iniunxit ei partē secundā dicēs. Va-
de & amplius noli peccare, & hinc sancti Augustinus, Ambrosi⁹ &
Gregorius dicunt cōcorditer, q̄ Pœnitere est mala cōmissa deplā-
gere, & deplangenda nolle cōmittere. Secūdo notandū, q̄ ad iustifi-
cationē impij requirif infinita potētia, qua Deus animā a macula
purgat, & gratiā p̄stat. Secūdo requirif Dei misericordia, qua offen-
sam suæ maiestatis & pœnā aternā pro debito si nō pœniteret re-
laxat, & hinc orat frequēter sic ecclesia. Oipotens & misericors de-
us, ubi insinuat, infinitā Dei potētiā & misericordiā. Quod autē re-
quirif infinita potētia ad iustificationē impij, patet, quia secūdum
August. Facili⁹ est mundū creare q̄ impiū iustificare, sed primū re-
quirif potētiā infinitā, ergo & secundū, & ratio est, quia in iustifi-
cationē ipij requirif datio Spūs sancti actiua, q̄ nō pōt cōpetere nisi
Deo, ut pbat August. in multis locis, ut posui in dicto de Indulgen-
tiis. Et Magister sententiarū li. i. dist. xiiii. ex dictis Augustini con-
cludit. Non ergo hoies q̄tūcūq; sancti possunt dare Spiritū sanctū. **F**
Et par est ratio de actiua remissioe peccatorū. Vñ singulariter di-
xit Baptista de Christo Iohañ. pri. Ecce agnus dei, ecce qui tollit
peccata mūdi. Super quo dicit August. super Ioañ. Omilia iiii. Ne
mo sibi arroget & dicat, q̄ ipse auferat peccata mūdi. Iā attendite
cōtra quos superbos intēdebat digitū Ioañes, nondū erāt heretici
& iā ostēdebant, cōtra illos clamabat a fluuio. Vñ sape iposuerunt
Iudæi Christo blasphemā ex hoc, q̄ astimantes ipsum esse purum
hoiem, sed hoc false, dicebāt ipsum nō posse simpliciter peccata di-
mittere, q̄a nō dimittit peccatū simpliciter, nisi ex hoc, q̄ offensa
in deū laxat. Sed quis dimittit iniuriā nisi uel factā sibi uel suo sub-
dito? De⁹ em̄ dādo ptātem hmōi prius dimitteret suā iniuriā, anq̄
Vicarius suus dimitteret. Vñ quo ad hoc dicit Ambros. Ille sol⁹ di-
mittit peccata, qui pro nobis sol⁹ mortuus est, idē Verbū dei dimit-
tit peccata, Sacerdos ē iudex, sacerdos quidē officiū suū exhibet, &
nullius potestatis uia exercet, de Pœn. dist. i. Verbū dei. Ad idē est
Hieronymus, quē adducit Magister Sētentiarū ubi s̄. & Gregor. i.
quast. i. Paulus. Et par est ratio de retētiōe peccatorū & ligatiōe.

Vñ Magister li.iiii. dist. xviii. cap.iiii. ex adductis autoritatibus & rōnibus cōcludit sic. Solus igit̃ deus hoīem intus mūdāt a macula peccati, & a debito pōnæ aternæ, & post sic epilogat. His aliisq; pluribus testimoniis docetur Deū solū per se peccata dimittere, & sic dimittit quibusdam, ita aliorum quorundam peccata retinet. Sed dicet aliquis, si solus Deus potest peccata dimittere uel retinere, ad qd̃ ergo dixit Apostolis & eorum Vicariis, Quæcūq; solueritis &c. Et quorū retinueritis peccata &c. Quid ergo est sacerdotē **G** soluere uel ligare peccata, remittere uel retinere? Ad primum respondet Magister Sententiarū ubi supra dicens. Ligāt quoq; sacerdotes, dum satisfactionē pōnitentiæ confitentibus imponunt. Soluunt, cum de ea aliquid dimittunt, uel per eam purgatos ad cōmunionem Sacramentorū. Ad secundū, pūchre dicit Richardus in libello de Potestate ligandi & soluendi. Nam sic dicit, quid em̃ est peccata remittere? nisi distinctionis sententiā, q̃ peccatis debet, relaxando absoluere, & absoluendo relaxare. Et quid est peccata retinere, nisi non uere pōnitentes nolle absoluere. Multi em̃ confitentium absolutionē quarunt, qui tñ crimina sua ex toto deserere nolunt. Multi cautelā de futuro promittūt, sed satisfacere nolūt. Eius modi omnes, eo q̃ uere non pōnitent, procul dubio absolui non debent. Hoc est em̃ uere pōnitere, de p̃terita p̃uaricatione dolere, cum firmo proposito confitendi, satisfaciendi, & cum om̃i cautela cauendi. In hunc modū pōnitentes merito debent absolui, & alioquin sine absolutione remitti, & hoc est peccata retinere. Ecce ex his iam dictis manifeste intelligere poterimus in resolutione peccatorum, q̃ dñs faciat per semetipsum, quod per ministrum suū, q̃ non per se simul & officio ministrorū. per semetipsum sane soluit uinculum obduratiōis, per se & ministrū suum debitū aternæ damnationis, per ministrum uero debitū futuræ purgationis. Prima namq; resolutionis potestātē sibi soli reseruat, secundā uero resolutionem per se simul & ministros facit. Tertiā autē dñs non tam per se ipsum q̃ per ministrū facere consueuit. Recte quidem dicit, q̃ dñs uere pōnitentē a uinculo damnatiōis absoluit. Recte nihilominus q̃ sacerdos hoc facit & dñs, dñs quidem ad conuersi

onem cordis, & sacerdos ad confessionem oris, sola em̄ cordis cō
fessio, ueraciter pœnitenti ad salutem animæ sufficit, tamē arti
culus necessitatis oris confessionē & sacerdotis absolutionē exclu
dit. Hæc Richardus. Ex iam dictis habet, q̄ Deus æternaliter p̄de
stinat & prius temporaliter peragit absolutionē saluandi, & remis
sionem eius peccati, quam a ministro ecclesiæ absoluit hic in ter
ris. Patet secundo, q̄ non potest minister ecclesiæ Christi Vicari⁹
absoluerē uel ligare peccata remittere uel retine re, nisi prius De⁹
id faciat, patet per id Iohā. xv. Sine me, inquit, nihil potestis face
re. Sciuit hoc uas Electionis, ideo dicit ii. Corinth. iii. q̄ non sum⁹
sufficientes cogitare aliquid ex nobis, sed sufficiētia nostra ex deo
est. Si ergo non sufficimus cogitare, nisi Deus illam cogitationem
fecerit, quomodo sufficimus ligare uel soluere, nisi ipse prius liga
uerit uel soluerit? Et istud cognoscunt philosophi dicentes, q̄ nihil
potest causa secunda agere, sine coagentia causæ primæ. Et patet
ulterius, q̄ non potest homo solui a peccato, nec remissionē pecca
torum recipere, nisi Deus ipsum soluerit, uel ei remissionē dederit.
Vnde Baptista Iohā. iii. dixit. Nō pōt hō accipere quicq̄, nisi fue
rit ei datū de cælo. Vnde sicut æternus Dñs prius dimittit in anīa
peccatum contra ipsum commissum, anteq̄ per se uel per aliū hoc
faciat promulgari, sic necesse est deū facere. Vnde uesane insaniūt
Presbyteri, qui putant uel dicunt se ad suum uotū soluere uel liga
re, sine absolutione uel ligatiōe primæ Christi I E S V. Ligatio em̄
dei uel solutio est priā simpliciter. Ideo euangeliū dicit, q̄ ligatū
in terris, erit ligatum in cælis, sed non dicit, q̄ in cælis ligat⁹ poste
rius, nō prius. Vnde putant ignari, q̄ sacerdos prius tēporaliter uel
institer ligaret resolveret, & post ipsum Deus, stulticia est hæc æsti
mare. Sed Logici bene sciunt q̄ duplex est Prioritas, scilicet Origi
nis, capta a causa materiali. & Prioritas dignitatis, capta a causa
finali. Et istæ duæ Prioritates concurrunt simul tempore comuni
ter, & sic ligatio uel solutio ecclesiæ militantis, est prior quodāmo
dō q̄ ligatio uel solutio triūphātis ecclesiæ, & e contra. Sed ligatio
uel solutio dei est simpliciter prima. & patet, q̄ blasphemia foret
asserere, q̄ homo remittat offensam contra tantū Dñm factā, ipso

IOHANNIS HVSSITÆ DE

dño approbâte. Ex uniuersalitate em̄ huius Dñi oportet, q̄ ipse primo absoluat uel ligat, si aliquis Vicarius ita facit. Nec alius articulus fidei debet nobis esse certior, q̄ q̄ impossibile foret, quenq̄ de militante ecclesia absoluere uel ligare, nisi de quanto conformat̄ capiti ecclesiæ dño nostro IESV Christo. Vnde oportet fidelem cauere ab isto dicto, si Papa uel alius p̄tedit se quouis signo soluere uel ligare, tunc eo ipso soluitur uel ligat̄. Nam hoc concedens, habet consequenter concedere Papam esse impeccabilem, & sic deũ, aliter em̄ posset errare, & facere difformiter clauis Christi. Et cõstat q̄ q̄ impossibile est figurã clauis materialis aperire deficiente substantia. Tam impossibile est Christi Vicariũ aperire uel claudere, nisi de quanto conformat̄ clauis Christi, prius aperiendi uel claudendi. Sicut em̄ Christus primogenitus ex multis fratrib⁹ & primitiæ dormientium, primo penetrauit regnum. Sic solus ille potuit capitaliter promereri regnũ spirituale, uniuersaliter clausum a præuaricatione primorum parentum usq̄ ad ipsum, & sic in qualibet apertione uel clausione particulari quo ad patriam est dicendum. Et patet etiam in his q̄ concernũt fidem & clauis ecclesiæ, ut nouerunt notantes Chronicas, cum & Petrus Christi primus Vicarius sic peccauit. Item solus Deus est qui non potest ignorare cui remittendum sit peccatum, & solus ipse est qui non potest moueri affectione peruersa, & iudicare iniuste. Sed quilibet Vicarius potest ignorare cui remittendum est peccatum, & potest moueri affectione peruersa ad ligandũ uel soluendum, ergo si uere pœnitenti & confitenti nollet applicare absolutionem, motus ira uel auaritia, non eo ipso illum ligaret in culpa. Similiter esto, q̄ alias mendaciter accedat confessionem, sicut contingit sapissime, & sacerdos ignorans hypocrisin, applicet uerborum absolutionem, tunc sine dubio non absoluit, cum Sapientiæ primo scriptura ait. Sanctus spiritus disciplina effugiet fictum. Ecce in primo casu pratendebat se Vicarius ligare uel peccata remittere, & non fecit, & in secundo casu pratendebat se soluere uel remittere, & non fecit. & patet quanta fieret illusio tam ex parte clauis applicantium, quam ex parte illorum qui non uere pœnitent. Oportet enim uolentem

ECCLESIA CAPVT X

absolui, esse primo dispositum in uoluntate, ut doleat de culpa, & intendat amplius non peccare. Vnde omnes simul Sacerdotes Vicarii non possunt illum absolvere a crimine, qui uult peccare criminaliter, & non uult dolere de peccato. Sicut omnes simul non possunt ligare iustum, uel peccata retinere, dum ex toto corde humiliatur, & habet cor contritum, quod Deus non despicit. Vnde Sanctus Hieronymus super illud Matthæi decimo sexto capitulo. Tibi dabo claues regni cælorum, quodcumque solueris super terram erit solutum & in cælis, & quodcumque liga &c. dicit hunc locum quidam non intelligentes, aliquid sumunt de supercilio Phariseorum, ut damnare innoxios, uel soluere se putent noxios, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum uita quaritur. Quibus uerbis subiungit Magister Sententiarum in quarto, distinctione decimo octaua, capitulo sexto ita inquit, & hic aperte ostenditur, quod non sequitur, Deus iudicium ecclesiæ, quæ per surreptionem & ignorantiam iudicat. Et addit octauo capitulo. Interdum enim qui foras mittitur, id est extra sanctam Ecclesiam per sacerdotem, intus est. Et qui foris est secundum ueritatem, intus uidetur retineri per falsum iudicium sacerdotum. Et Distinctione decimanona dicit in quarto, quod sacerdos qui alios ligat & soluit, debet esse discretus & iustus, alioqui mortificat sæpe animas, quæ non moriuntur, & uiuificat quæ non uiuunt, & ita incidit in maledictionis iudicium. Ut habetur Malachiæ secundo capitulo. Maledicam benedictionibus uestris, & maledictionibus benedicam. Cauere ergo debent Vicarii CHRISTI, ne præsumant temere, quæcumque uoluerint soluere uel ligare. Sed obiicitur per Canonem Solitæ, de maioritate & obedientia, ubi dicit Innocentius Papa, Dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad successores ipsius, Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum in cælis. Nihil, inquit Innocentius, excipiens, qui dixit Quodcumque &c. Hic notandum est, quod post illud dictum Quodcumque solueris, Petrus non potuit soluere scripturam, quia dixit Christus IESVS Saluator noster Ioannis decimo ca. Nō potest solui scriptura. Secundo, nō potuit soluere uolentē pœnitere, & hinc dixit

Simoni Aēt. viii. Vtiq; age pœnitentiã de hac nequitia tua, & roga deũ, si forsitã remittat. Tertio nõ potuit soluere matrimoniũ, quia dixit Saluator Matth. xix. Quod deus coniunxit, homo non separat. Quarto non potuit soluere Iudã a peccato, quia Saluator dixit Nemo ex his perit nisi filius perditionis, ut scriptura impleretur. Si ergo Petrus per illud dictum Christi. Quodcunq; solue. sup. ter. erit solutum in calis, p̄tendisset se posse soluere supradicta quatuor. Nunquid sic solutum fuisset in celo? Certe non. Nam uolũtas Dei obstaret in scriptura, & in matrimonio, & in Iuda, & alio nõle te pœnitere obstaret pertinacia, & uoluntas Dei. Non ergo sequit. Iste Vicarius putat se soluere uel ligare, quemcunq; uoluerit, igit ita facit. Et quo ad hoc B. Augustinus in de uera & falsa pœnitẽtia sic loquit. Deus Lazarum quem de monumento iam mortuũ resuscitauit, obtulit discipulis soluendũ, per hoc ostẽdes p̄tatem soluẽdi cõcessam sacerdotibus, dixit. Quæcũq; solueritis super terrã soluent in calis, hoc est, ego deus, & oēs ordines celestis militia, & oēs sancti in ea gloria laudantes, uobiscum confirmant, quos ligatis & soluitis, non dixit, quos putatis ligare & soluere, sed in quos exercetis opera iusticiæ aut misericordiæ, alia aut opera uestra in peccatores non cognosco. Hac Augustinus, p̄scindens existimationẽ Clericis in soluendo uel ligando. Item Richardus in libello de potestate ligandi & soluẽdi, sic loquit. Sed adhuc pergis & dicis, Si nõ possum quod libet ligare pariter & absoluere, quorũlibet peccata remittere, quorumlibet retinere, quid est q; ḡnãliter dicit ad Petrũ Quodcunq; ligaueris, quodcunq; solueris? Sicut & ḡnãliter proponit, q; Apostolis oĩbus in communi dicit, Quorum remisieris, remittunt eis. quorũ retinueris retẽta sunt. Merito hic quaestio te moneret, si Dñs dixisset Petro, Quodcunq; uolueris ligare, ligatũ erit, & quodcunq; uolueris soluere, erit solutum. Sed non hoc dicit nec sic intelligi uoluit, Si quis ligare uoluerit quod ligare non p̄t, nunqd idcirco ligatũ erit? quis hoc dicat? Non ergo dicit quẽcũq; ligare uolueris, sed quodcunq; ligaueris ligatum erit in calis. Ille utiq; uere ligat, qui iuxta confessionis suæ tenorem, iusto satisfactiois debito obligat. Ille sacerdotali officio ueraciter absoluit, cui⁹

peccatum ad condignā satisfactionem iuste remittit, ligat itaq; & absoluit eos, qui sacerdotis sententia iuste absolui merent. Illorum uero peccata procul dubio retinent, non quibus iniuste, sed quib; iuste peccatorū absolutio denegat. Quod igit; Dñs ad Petrum dicit, idem ualet ac si aliis uerbis diceret, q; ligatum & solutum fuit a te, ligatū & solutū erit apud me. Qui apud te debita satisfactionis iniunctiōe cōstringit, apud me eiusdē satisfactionis debitor tenet. Et qui a te debitam peccatorū suorū absolutionē meruit, ex meo iudicio pro hac parte ulterius artari non poterit. Iuxta hunc modum, & illud intelligere debemus q; dicit Apostolis oibus. Quorū remiseritis peccata remittunt; eis, & quorū retinueritis retenta sūt peccata. Siquidem delinquentiū apud dñm, remissa uel retenta erunt, quæ per ministros suos sacerdotes iuste uel remissa uel retenta sunt, quod utrunq; ab eis tunc ueraciter fit, qñ ad quodlibet exequendum Canonico ordine incedit, neutrum uero pro uoto, sed p merito & ordine instituto facere possunt. Hæc Richardus. Et patet ex August. & ipsius Richardi declaratione, q; non sequit; Christus dixit Petro, uel eius cuiuslibet Vicario Quodcūq; solueris super terram. i. in ecclesia militante, erit solutum & in celo. i. ecclesia triūphante. Ergo quodcūq; uolueris soluere super terrā, erit solutum & in celo. Et patet, q; ibi distributio cadit super quolibet uere pœnitente. Et ibi. Quodcūq; ligaueris cadit distributio super ipœnitente, nā ad quēlibet uere pœnitente pertinet solutio, & ad impœnitentem ligatio. Et par est ratio de retinere & remittere. Cauere ergo debet Christi discipulus a fallacia Antichristi, dum sic arguit. Quodcūq; Vicarius Christi ligauerit super terrā, erit ligatū & in calis, sed hunc fidelem Laicū nolente sibi dare pro absolutione pecuniam, ligat supra terrā, ergo ligat; in calis. Similiter dum sic arguit. Quodcūq; Vicarius Christi soluerit supra terram, erit solutū & in celo, sed hunc incontritū uolētem dare pecuniā soluit supra terram, ergo est solutus & in celo. Similiter si arguit. Quodcūq; Vicarius Christi soluit super terram, erit solutum & in celo, sed hunc, demonstrato præscito, in agone mortis soluit supra terram, ergo ille soluit & in calis. In illis enim argumentis minor peccat

filiū dei, igitur iste præscitus, qui est in gratia, habet uitā æternam, consequens est falsum. Vnde amba illa cōsequentiæ non ualent, eo q̄ aliter sumitur credere in maiori, & aliter in minori. Vnde ad rectificandum intētum sic debet exponi argumentum. Quicumq̄ credit caritatiue perseueranter in filiū dei, & tunc consequentiā erit bona, sed minorem oportet aduersarium probare. Similiter fiat in secunda consequentiā subsūptio sic. Sed iste præscitus q̄ est in gratia, credit caritatiue perseueranter in filium Dei, mō ista est falsa. Ex iam dictis patet, q̄ sit potestas Clauū ecclesiæ, & q̄ catholice credi debet, q̄ quilibet Sacerdos Christi rite ordinātus, habet potestatem sufficientem qualibet Sacramenta sibi pertinētia conferendi, & per consequens uere contritum a peccato absoluēdi, licet huiusmodi potestas quo ad executionem in multis rationaliter sit ligata, ut patet circa principium huius capituli. Quomodo autem ista potestas fuit par in Apostolis, habetur distinctione **Pares A** **postoli,** **igitur pa** **res omnes** **Sacerdo** **res, & Epi** **scopi.**
 xxi. in Canonē In nouo, ubi dicitur. Carteri uero Apostoli cum eodem scilicet Petro pari cōsortio honorē & potestatem acceperūt. Et infra. Ipsiq̄ decedētibus in loco eorum surrexerunt Episcopi. Vbi dicit glossa. Argumentum, q̄ omnis Episcopus sit par Apostolico quantum ad ordinem & rationem consecrationis. Et xxiiii. q. pri. ca. Loquitur, dicit sanctus Cyprianus omnibus Apostolis post resurrectionem suam parem potestatem dedit. Vnde stultum foret credere, q̄ Apostoli nullum donum spirituale a Christo receperant, nisi quod fuerat a Petro ad ipsos simpliciter deriuatū. Nā omnibus dixit Matthæi xviii. Quacūq̄ solueritis super terram. Et Iohannis uigesimo. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Et Luca uigesimo secundo, Hoc facite in meam commemorationem. Et Matthæi ultimo. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, euntes ergo docete omnes gentes, baptisantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quacūq̄ præcepi uobis, & ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq̄ ad consummationem seculi.

¶ Finis Capituli Decimi.

IOHANNIS HVSSITÆ DE
CAPVT VNDECIMVM

A **Q**UIA multi Sacerdotes, p̄termissa imitatione IESV Christi Summi P̄tificis, pompant de potestate ecclesie tradita. Ideo adhuc de potestate huiusmodi est dicendum, emūgunt em̄ ex illo Matth. xvi. Quodcunq; ligaueris supra terrā, erit ligatum & in cælis, q̄ quicquid ipsi fecerint, quilibet homo debet totaliter approbare. Et ex illo Christi dicto Math. xxiii. Supra cathedra Moysi sederunt Scribæ & Pharisei, q̄cunq; dixerint uobis facite, emunqunt, q̄ debet eis quilibet subditus in oibus obedire, & sic ipsi Sacerdotes quicquid sonat eis ad libitum in Christi euangelio, sine correspondente caritatiuo ministerio, pro sua gloria clamorose sibi adscribunt. Sed quod sonat in laborē, in abiectionem mundialē, & in sequelā IESV Christi, illud aspernant, uel fingūt se id tenere, & non tenent. Vnde quia Iesus dixit Petro. Tibi da. cla. reg. cæl. & quodcunq; lig. super ter. &c. illud pro sua potestate extollenda ualde placenter capiunt. Sed q̄ dixit Dñs Petro Ioan̄. xxi. Sequere me, & pasce oues meas, id aufugiūt ut uenenum. Similiter q̄ dixit sic discipulis Matth. xviii. Quæcunq; alligaueritis su. ter. erunt ligata & in cælis, gratanter suscipiunt & gloriant. Sed quod dixit Matth. x. Nolite possidere aurum & argentū, refugiant ut nociuum. Similiter q̄ dixit discipulis Ioan̄. xx. Accipite spiritū sanctum, quorum remisistis peccata, remittunt eis. & quorum retinueritis, retenta sunt eis, placide sumunt. Sed quod dixit Matth. xi. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, mansuetudinē & humilitatem q̄ Spiritui sancto locum p̄parat, cordibus suis non admittunt. Item q̄ dixit Dñs discipulis Lucæ x. Qui uos audit, me audit, ad sui obedientiam capiunt. Sed quod dixit Matth. xx. Scitis quia principes gentium dñantur eorum, & qui maiores sunt potestate exercent, non ita erit inter uos, sed quicūq; uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister. Et quicūq; uoluerit iter uos esse primus, est uester seruus. Sicut filius hoīs non uenit ministrari, sed ministrare. Istud grauissimum dictū impugnat uerbo & opere, uerbo dicentes, q̄ debent dñari, & opere, quia nolunt, more IESV Christi dñi, ecclesie ministrare. Et ut perstringā breuiter, omne dictum

scripturæ, & p̄sertim Euangeliū quod uidef eis sonare, ut essent di-
 uites, delicati, mundo in clyti, & nihil patientes pro Christo impro-
 perii, id ruminant, proclamant, & extendunt nimis late. Quicquid **B**
 aut sonat in sequelā IESV Christi, ut paupertatē, mansuetudinē,
 humilitatē, tolerantiam, castitatem, laborem uel patiētiam, id sup-
 primunt, uel glosant ad suum libitum, uel expresse repudiant tanq̄
 impertinens ad salutem. Et Diabolus, qui est Sophista pessimus, se
 ducit eos per cōsequentiā ignorantiā sic arguens. Christus dedit **Diabol⁹**
 potestatem Petro, & cæteris Apostolis, igif & ipsis, ex quo ipsi sug- **Sophista.**
 gerunt, q̄ licet eis facere quocunq̄ uoluerint, & tunc pari euidētia
 ipsi sunt patres beatissimi cum Christo, iudicādo ecclesiam, & post
 perpetuo coronandi. Sed benedictus sit Christus omnisciens, qui
 dixit illa suis Apostolis, sciens, quia potestatem sibi traditam, secū
 dum ipsius beneplacitū dirigerent in ministerio sponsæ suæ. Quā
 tum ergo ad potestātē qua glorianf Clerici est notandum, q̄ Pote-
 stas aliq̄n sumif pro potētatu uel pro potestate uera, ut Rom. xiii.
 Ois ania potestatibus sublimioribus subdita sit. Aliq̄n sumif æqui-
 uoce, pro potestate p̄tenfa uel palliata, ut Lucae xxii. dicit Christus
 suis captoribus missis a potestate Pontificū. Hac est hora uestra &
 potestas tenebrarū. Et Apocalyp. vi. dicif. Ecce equus pallidus, & q̄
 sedebat super eum, nomē illi mors, & infernus sequebat eum, & da-
 ta est illi potestas super quatuor partes terræ interficere gladio, fa-
 me & morte, & bestiis terræ. Et Apocalyp. xiii. habef, quō draco de-
 dit potestātē bestia, & adorauerunt bestiam, dicentes. Quis similis
 bestia, & quis poterit pugnare cum ea? Et infra. Datum est illi bel-
 lum facere cum sanctis, & uincere illos, & data est ei potestas in o-
 mnem tribū, populū & linguam, & gentē, & adorabunt eam omēs
 qui habitant in terra, quorū nō sunt scripta noīa in libro uitæ & ag-
 ni, qui occisus est. Quæ est ista bestia, quam adorant hoīes timen-
 tes eius potestatem? qui legit intelligat, & potestati hmōi p̄tenfa
 resistat, nec similiter timeat, quia datum est illi bellū facere cū san-
 ctis, & uincere per mortificationē corporis, qui moriēdo pro lege
 Christi finaliter ipsam uincunt. Nam ipsis dixit Saluator Matth. x. **C**
 Nolite timere eos qui occidūt corpus. Et Ioha. pri. In mūdo p̄ssu

ram habebitis, sed confidite, quia ego uici mundum. Vbi August. super Ioan̄. Considerunt & uicerunt in quos nisi in illo, non enim uicisset ille mundū, si membra eius uinceret mūdus. Vnde ait Apostolus. Gratiā deo, qui dat nobis uictoriā. Cōtinuo subiecit. Per dñm nostrum IESVM Christum, qui dixit suis. Cōfidite, quia ego uici mundum. Hac August. Vincunt autē draconis & bestiaē potestatem illi, qui habent potestatem p̄destinationis, q̄ est potestas p̄cipua, de qua Iohān. primo. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ad quam potestatem consequit̄ potestas consummata, & illa est potestas quā dat Deus beato in patria ad plene fruendū dño, & in ipso quā libet creatura. Vnde ueraces Christi colā, illam potestatem uolētes attingere, debent cuilibet potestati p̄tensa resistere, quā nitit̄ eos ab imitatione Christi, uel subdole remouere. Non enī sic resistendo potestati illi, Dei ordinationi resistit, sed abusu potestatis. Et illum abusum exercent circa potestatem clauū Simoniaci, qui p̄tendūt se uel damnare immeritos, uel soluere ligatos, & hoc propter negationem fictā obediētiaē eorū, uel propter eorum quāstū, de quibus dicit Dñs Ezechiel. xiii. Violabam me ad populū meū, propter pugillū ordeī uel fragmē panis, ut interficerent aīas, quā non moriunt, & uiuificarent aīas quā non uiuunt, mentientes populo meo credenti mendaciis. Super quo Gregor. habet xi. q. iiii. Plarisq;. Recte, inquit, per prophetam dicit̄ mortificabant aīas, q̄ non moriunt, & uiuificabant aīas q̄ non uiuunt. Non morientem quippe mortificat, qui iustum condemnat, & non uiuam uiuificare nitit̄, qui reum a supplicio soluere conat̄. Illum abusum potestatis exercent, qui sacros ordines uendunt & emunt, Episcopatus, Canoniciatus, Plebanias, Simoniace acquirunt & uendunt, qui de Sacramentis ip̄ortune exigunt, qui auare, uoluptuose, luxuriose, uel quolibet criminoſe uiuentes, sacerdotii polluit̄ potestatem. Illi enī & si confitent̄ se nosse Deū, factis tñ negant, ad Titum pri. & per cōsequens non credunt in Deū, & sic ut filii infideles sentiunt infideliter de septem Sacramentis ecclesie, de clauibus, officiis, & esuris, moribus, cerimoniis, & sacris rebus ecclesie, ueneratione reliquiarum, indulgentiis & ordinibus, patet, quia tales despiciunt nomen

Simoniaci

D

Vendere
episcopa
tus

dei. Vnde Malach. pri. dicit. At uos o sacerdotes qui despicitis nomen meum, & dixistis, in quo despeximus nomen tuum? offertis super altare meum, panem pollutum. Quis est in uobis qui claudat hostia, & incendat altare meum gratuito? non est mihi uoluntas in uobis, dicit dñs exercituum, & munus non accipiā de manu uestra. Ecce dicit dñs iniquis sacerdotibus, q̄ despiciūt nomen suū, & offerunt panem pollutū. Vnde pri. q. i. ca. Multi secularium, dicit Gregorius, post declarationē Sacramentorum & potestatis. Polluim⁹ itaq̄ panem. i. corpus Christi, quando indigni accedimus ad altare, & sordidi mūdū sanguinē bibimus. Et Aposto. ad Hebr. x. Irritū quis faciens legē Moyſi, sine ulla miseratione, duobus uel tribus testibus morit⁹. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, q̄ filium dei conculcauerit, & sanguinē testamenti pollutū duxerit, in quo sanctificatus est. Secundo tales crucifigunt filium dei. Nam dicit Apostolus ad Hebr. vi. Rursum crueſigentes sibi met ipsis filiū dei, & ostentui habentes. Tertio tales ipse agunt in legē Christi, dicente B. Hieronymo in Sophoniā prophetā pri. q. i. Sacerdotes qui Eucharistiā seruiunt, & sanguinē Dñi populis eius diuidūt, impie agunt in legem Christi, putantes Eucharistiam imp̄cantis facere uerba, non uitiā. & necessariā esse tm̄ solennē orōnem, nō sacerdotum merita. De quibus dicit. Sacerdos in quacunq̄ fuerit macula, nō accedat offerre oblationes dño. Quarto supradicti blasphemāt maiestātē Dñi. Vnde ii. Petri v. Qui post carnē in concupiscētiam immundiciā ambulant, dñationemq̄ contemnūt. Deinde hi uero uelut irrationabilia pecora in captione & perniciē in his q̄ ignorāt blasphemantes. & quo ad hoc dicit B. August. super Psal. cxliiii. Laudate dñm qm̄ bonus est, dicit. Si modū naturæ debitū imoderatiōe uoracitatis excedis, & uinolentiā te ingurgites, quantaslibet laudes Dei lingua tua fouet, uita blasphemat. Hæc ille. Quomodo ergo auari, Simoniaci, luxuriosi, & aliis criminibus rei, in bonitate sentiunt de domino? eiusq̄ Sacramentis? cum infideliter nomen Dei despiciunt, panem eius polluunt, filium dei IESVM Christum sibi met crucifigunt, & ostentui habent, impie in legem Dei agunt, & dominationem contemnunt atque blasphemant.

IOHANNIS HVSSITÆ DE

Et patet, q̄ tales sunt, Clerus pestifer, sentiens infideliter de septem Sacramentis ecclesiæ, & de clauibus, & de aliis pertinentibus legi Christi. Et patet, q̄ dictum Doctorum, quorum dux pro tunc fuit Stephanus Paletz cū Stanislao, trahentes post se Petrū de Ikoyma, Iohannē Helia, Andream Boda, Iohannē Hildesen, Matthaū monachum, Hermannū Heremitam, Georgium Botam, & Simonem Vuendam, positū pro materia dissensionis uerificabile est in Clero, criminaliter conuersante. Nam dicunt in principio sui scripti. Huius aut̄ dissensionis materia, ex parte quorundā de Clero pestifero est manifesta. Quia em̄ contra Cleri pestiferi crimina, sacerdotēs Christi p̄dicarunt, ideo orta est dissensio, ex eo q̄ Clerus pestem scandali inferens populo, nolens pati p̄dicationem suā pesti contrariā, contra Euangeliū p̄dicātes, & pestem eorum sanare uolentes per uerbum Dñi, maliciose uolens p̄dicationem extinguere consurrexit. Sed dictorum Doctorū erat intentio, q̄ euangelizātes contra Cleri pestiferi malitiam, sentirent hæretice de clauibus Ecclesiæ, quod auxiliante Dño ad uitæ suæ tempora non probabunt.

Ecce falso impositos HVSSITÆ articulos ab Hæreticorum Hæreticis Inquisitionibus.

CAPVT DVODECIMVM

AD honorem Domini IESV Christi, quem honorē & Christū p̄fati Doctores in suo scripto nullibi noiarūt, probat̄ ista conclusio. Subesse Romano Pontifici, omni humana creaturæ est de necessitate salutis. Patet ex hoc, q̄ nemo potest saluari nisi subit̄ meritorie IESV Christo, sed ipse est Roman⁹ Pōtifex, sicut est caput uniuersalis ac cuiuslibet particularis ecclesiæ, ergo conclusio uera, Consequentia patet cum maiori, & minor patet ex supra dictis, & per illud pri. Petri ii. Eratis em̄ aliqñ sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopū aiarum uestrarum. Et ad Hebr. vii. In tantum melioris testamenti, speciosior factus est IESVS, & alii quidem plures forsan sacerdotes secundum legem, idcirco q̄ morte prohiberent̄ permanere. Hic aut̄ eo q̄ maneat in aeternum, sempiternū habet sacerdotiū, unde & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad dñm, semper uiuens ad interpellandum pro nobis. Talis em̄ decebat ut nobis esset

esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccato-
 ribus, & excelsior calis factus, qui nō haberet quotidie necessitatē
 quemadmodū sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, de
 inde pro populi, hoc em̄ fecit semel se ipsum offerēdo. **E**cce iste est
 sanctissimus & Summus Romanus Episcopus & Pontifex, assistēs
 deo patri, & nobiscum existens, cū dicat Matth. ultimo. **E**cce ego
 nobiscum sum oībus diebus, usq; ad consumationem seculi. **C**hri-
 stus em̄ illa persona ubiq; est p̄sentialiter cum sit uerus deus, cuius
 proprium est ubiq; esse incircumscribibiliter. Ipse est episcopus q
 baptizat, & qui tollit peccata mundi. Iohān. pri. Ipse est qui matri **B**
 monia coniungit, sic ut homo non separet. Matth. ix. Quod deus
 cōiunxit homo nō separet. Ipse sacerdotes facit Apocalyp. i. Fecit
 nos regnum & sacerdotes. Ipse Sacramentū Eucharistiā conficit,
 dicens Luca xxii. Hoc est corpus meum. Ipse suos fideles cōfirmat
 Luca xxi. dicēs. Dabo uobis os & sapiētiā, cui nō poterit resistere &
 cōtradocere oēs aduersarii uestri. Ipse pascit oues suas uerbo & exē
 plo, & sui corporis cibo. Oīa aut̄ ista ex parte sui facit indefectibili-
 ter, quia est Pōtifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a pec-
 catoribus, & excelsior calis factus. Ipse est episcopus supreme tenēs
 super grege suo custodiā, quia non dormit, nec dormitat custodiēs
 Israel. Ipse est Pōtifex qui uiam facilem nobis p̄parauit ad patriā.
 Ipse est Papa, quia admirabilis princeps pacis, pater futuri seculi.
 Ecce talis decebat ut nobis esset pōtifex, qui cū in forma Dei esset,
 non rapinam arbitratus est, esse se aequalē deo, sed semet ipsum exi-
 nianuit, formā serui accipiens, q hūiliauit semet ipsum, factus obe-
 diens usq; ad mortem, mortem aut̄ crucis. Propter quod & de⁹ ex-
 altauit illū; & dedit ei nomen quod est supra oē nomen, ut in noīe
I E S V, omne genu flectat, caelestium, terrestrium & infernorum.
 Ad quod sequit̄ conclusio. Subesse Romano Pōtifici omni huma-
 nā creaturā, est de necessitate salutis. Sed non est alius talis pōtifex **C**
 nisi ipse Dñs **I E S V S** Christus pontifex noster. Tū, quia nulli alii
 Pontifici, de necessitate salutis subest humanitas Christi, quia De⁹
 exaltauit illum, & donauit illi nomē, quod est esse eius dignissimū
 super omne nomen aliud, ut in noīe **I E S V** omne genu, oīs pote-

Salsum.

stas flectat, sibi obediens, caelestium .i. angelorū, terrestriū omniū
 hominū, & inferorū .i. Diabororū. Tum etiam, quia mater Chri
 sti est humana creatura, Iohannes Baptista, Petr⁹ Apostolus, cum
 aliis beatis, & tñ nulli illorū est de necessitate salutis, subesse alii ro
 mano Pontifici p̄ter Christum, cum iam salui facti sunt, quos nō
 potest Romanus Pōtifex soluere uel ligare. Nimis ergo Papa Cle
 mens suam potestatē laxauerat, mandans in sua Bulla angelis pa
 radisi, q̄ animā peregrinantis Romam pro indulgentiis, & decedē
 tis a purgatorio absolutam, ad gaudia perpetua introducant, iste
 em̄ uolebat, q̄ ad mandatum eius genu angelorū caelestiiū flectere
 tur. & cum adiecit. Nolumus q̄ poena inferni sibi aliquatenus in
 fligatur. & sic ibi imperauit, q̄ potestas uel genu inferorum ad
 mandatū ipsius flectere. Non sic p̄sumperūt Apostoli. Nam Ioā
 nes non mā dare sed adorare uoluit, ante pedes angeli. Vnde Apo
 calyp. ultimo ait. Ego Iohannes cecidi ut adorare pedes angeli, &
 dixit mihi, Vide ne feceris, conseruus tuus sum, & fratrū tuorū pro
 phetarum, & eorū qui seruant uerba prophetiae libri huius. Deum
 adora. Ecce magnus iste Apostol⁹ & propheta dilectus dei, qui sine
 dubio excessit modernos Papas, & p̄sertim Clementē mandatem
 angelis, non mandare uoluit aliquid angelo, sed cadēs uoluit ante
 pedes adorare, & sanctus angelus prohibuit, ostendens ei, q̄ debet
 adorare deum, Notandū aut̄ ex allegato textu Apostoli Hebr. vii.
 Plures facti sunt sacerdotes secundum legem, q̄ omnis Summus
 sacerdos legis ueteris, figurauit Christum, in omnibus factis suis le
 galibus. Ideo antonymatice & singulariter ipse dicitur summus sa
 cerdos & Episcopus animarum, & hinc illa multitudo sacerdotum
 & suorum officiorum fuit in Christo unico consummata, ut docet
 Apostolus. Et hęc ratio quare Apostoli non uocauerunt se Pa
 pas sanctissimos, capita uniuersalis ecclesiae, uel Vniuersales Ponti
 fices. Sed habendo secum Summum Pontificem usq; ad consum
 mationem seculi, uocauerunt se seruos Christi, in tribulatiōe socios,
 & ministros ecclesiae. Vnde illa sancta consuetudo seruata fuit tem
 pore Beati Gregorii, & ex Decreto distinctione nonagesima secun
 da. Ecce inquit in praefatione epistola; dixistis superba; appellatio

nis uerbum, Vniuersalem me Papam dicentes imprimere cura-
 stis, q̄ peto, mihi dulcissima sanctitas uestra ultra non faciat, quia
 uobis subtrahitur, quod alteri plus q̄ ratio exigit, prabet. Ego non
 uerbis quero prosperari, sed moribus, nec hominem esse deputo,
 in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus naq̄
 est honor uniuersalis ecclesiæ, meus honor est fratrum meorū so-
 lidus uigor. Tūc ego honoratus sum, cum singulis quibusq̄ honor
 debitus non negatur. Si enim me uniuersalem Papam uestra san-
 ctitas dicit, negat se hoc esse, q̄ me fatef uniuersum. Sed absit hoc,
 recedant uerba, quæ unitatem inflant, charitatem uulnerant. Ex
 uerbis itius sancti Papæ elicitur, q̄ faciliter inflatur, qui sanctissi-
 mus pater forte existens in crimine appellat, & appellans propter
 auaritiā adulationis percutitur, uel ex ignorantia mentitur. Vn-
 de notabiliter dicit Gregorius. Ego, inquit, non uerbis quero pro-
 sperari, sed moribus. Non sic heu quærunt Moderni Pontifices,
 qui sine uirtutum moribus, in nudo nomine gloriantur, fingen-
 tes, q̄ ratione officii uel dignitatis ecclesiasticæ, ipsis nomen com-
 petet sanctitatis. Sed si hoc haberet rationem, tunc Iudas debuif-
 set uocari sanctus apostolus. Sed benedictus sit Dominus, qui ad re-
 mouendum palliationem, dixit discipulis Iohannis sexto. Nonne
 ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est. Et hæc dixit
 antequam tradidit Scariotis suum magistrum. Vnde sancti uiri
 quanto magis laudantur ab hominibus, tanto magis se humiliat,
 & magis timore mentem deprimūt, ne laus deiiciat a merito ma-
 gis digno. Vnde Act. Petrus Christi Apostolus per nuncios uoca-
 tus ad Cornelium gentilem transit humiliter, & dum uenisset ad
 Cornelium, obuius ei uenit Cornelius, certicat⁹ per angelum de
 sanctitate Petri adorauit ad pedes Petri. Et Petrus a deo doct⁹ de
 Cornelio, & certus ex reuelatiōe de beatitudine sua, nō permisit
 Cornelium ad pedes suos decumbere, ut faciunt Moderni Ponti-
 fices, in quibus scintilla non cernitur sanctitatis, immo sæpe con-
 scii sui criminis de ueneratione ipsis exhibita, magis pōpant, &
 si Titulus pompositatis omittitur, mox iracundia quatiuntur.

Et illam superbiam Conciliū Aphricanū uolens extinguere Diff. xcix. dicit. Primæ Sedis Episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut Summus Sacerdos, aut aliquid huiusmodi. Sed tñ primæ Sedis Episcopus, Vniuersalis aut, nec Romanus Pótifex appelletur. Proscripta sunt iam hæc oīa ex pompa, adulatione & ex auaritia, & in simplicibus ex seductione cæca. Redeundo ergo ad nostrum Summū Pontificem Christum IESVM humilimum, qui Luca xiiii. p̄cipit uocato ad nuptias, recumbere in nouissimo loco, confiteamur sibi iuxta suum p̄ceptū Luca xvii. q̄ serui inutiles sumus. Ait eñ. Cum feceritis oīa q̄ p̄cepta sunt uobis, dicite, Serui inutiles sumus. Cum eñ p̄cepta implentes ipsi Summo Pontifici anias nostras humiliauerimus, dato per possibile, q̄ nostri Pótifex sint fures & latrones. Ipse Episcop⁹ animarum nostrarum, nobis in necessariis ad salutem non deficiet, sed uere pius Pastor pascet, custodiet & nutriet oues suas.

CAPVT TREDECIMUM

PONVNT ulterius p̄fati Doctores in scripto. Romanæ Ecclesie Papa est caput, corpus uero Collegium Cardinalium, existentes ueri successores, principes Apostolorū Petri & collegii aliorū Apostolorū Christi in officio ecclesiastico, cognoscendi & diffiniēdi uniuersā materiā catholicā & ecclesiasticā, errores circa illam corrigendi & purgandi, atq; in uniuersa illa materia, curam habendi oīm illarum ecclesiarum, & uniuersorum Christi fidelium. Cum pro regimie ecclesie per uniuersum mundū, oportet semper manere huiusmodi manifestos ueros successores, in tali officio, principis Apostolorū Petri & collegii aliorum Apostolorū Christi. Nec possunt iueniri, uel dari super terrā alii tales successores, q̄ Papa existens caput, & collegium Cardinalium existens corpus ecclesie Romanæ supradictæ. Istæ nugæ multum lōgæ, q̄ æstimo processerunt secundū maiore partem de capite Stanislai, percussi & territi a Romana curia, implicant multa puncta. Pro quibus noto, q̄ in eorum scripto Ecclesia caput pro oībus Christianis uiuantibus, uidentur innuere hoc, dum dicunt cōmunitas Cleri in reg

no Bohem̄ia, nedum cū cōmunitate totius Cleri in mūdo, sed etiā
 rotius Christianitatis, semper sentit fideliter & credit sicut Roma
 na ecclesia. Vel secundo Romanī ecclesiā uocant ipsi Doctores so
 lum Papam cum Cardinalibus, dum dicunt, q̄ credūt sicut Roma
 na ecclesia, & nō aliter, cuius Romanæ ecclesiæ Papa est caput, cor
 pus uero collegium Cardinaliū, istis æstimo solum modis in scri
 pto suo Doctores ecclesiam denotarunt. Suppono, q̄ Papa signifi
 cet illum spiritualiter Episcopū, qui gerit altissime & similime ui
 cem Christi, sicut fecit Petrus post ascensionē. Si aut̄ uoceſ Papa q̄
 cunq; persona, quam occidentalis ecclesia acceptat pro Romano
 Episcopo, ad capitaliter decidendū causas ecclesiæ, ad p̄cipiēdum
 fidelibus quicquid uoluerit, abusus est termini, quia secundū hoc ī
 casu oporteret concedere, q̄ Laicus rudissimus & femella, uel hæ
 reticus & Antichristus foret Papa. Patet, nam Constantinus secun
 dus fuit Laicus rudis, qui subito ordinatus sacerdos, ambitione Pa
 pa effectus, depositus est, & oīa q̄ ipse ordinauit exordinata fuerūt
 circa annum Dñi DCC. VII. Et idem patet de Gregorio, qui cum
 rudis literarū esset, alterū secum consecrauit, quo facto populo dif
 flicente, superductus fuit tertius Papa, quibus inter se altercantib⁹
 Imperator Romā ueniens ipsos deposuit, & alium solum ordina
 uit. De femella patet in Agnete, quæ uocata est Iohannes Anglic⁹,
 de qua scribit Cestrensis lib. v. cap. iii. Quædam fœmina sedit in
 Papatu duobus annis & mensibus quinꝰ post Leonē, hæc dicit fu
 isse puella Agnes uocata, natiōe Mogūtina, a suo amasio Athenis
 in habitu uirili adducta, & Ioannēs Anglicus noīata, quæ in diuer
 sis scientiis sic profecit, q̄ Romam ueniens magnos magistros ha
 bēs auditores, triuium legit. Demum in Papā electa, per suū ama
 sium impregnat. Et dum Lateranensem ecclesiā ab ecclesia Petri
 pergeret, angustiata pariendi doribus inter Colosseū & S. Clemen
 tem peperit, & postmodū ibi fuit mortua & sepulta, & hinc dicitur
 Papam hanc uiam cōiter deuitare, unde non ponit̄ in Catalogo
 Paparum. De hæretico patet in Papa Liberio, de quo scribit Ce
 strensis lib. iiii. q̄ iussu Constantii exulat tribus annis, quia Arria
 nis fauere noluit. Clerus Romanus interim ordinauit Fœlicē Pa

pam qui celebrato Cōcilio, duos presbyteros Arrianos Vrsacium & Valentem condemnans, eiecit, hoc audito, Liberius ab exilio reuocatus, qui exilii diuturnitate deuictus, & papatus resurrectione exhilaratus, ad hæreticam prauitatem cōsensit, & Fœlice deiecto, ecclesiam Petri & Pauli & Laurentii tenuit uolenter, ita ut Clerici & sacerdotes Fœlici fauentes, Liberio non prohibere, in ecclesia trucidarent, & Fœlix martyrizaret. Et tunc de Antichristo patet, quia omnis Papa uiuens cōtrarie Christo, sicut & quilibet homo peruersus, dicit cōiter Antichristus, iuxta illud Ioan. ii. Antichristi multi facti sunt. Nec negare pertinaciter audebit fidelis, quin possibile est, quod homo peccati possit sedere in loco sancto. De quo Saluator propheta Matthei. xxix. dicens. Cum uideritis abominationem desolationis quæ dicta est a Daniele propheta in loco sancto &c. Apostolus ii. ad Thessalonicenses. v. Ne quis uos seducat ullo modo, quoniam nisi uenerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersus & extollit super omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tanquam ipse sit deus. Et patet per Chronicas, quod inoleuit Papalis dignitas. Nam Constantinus Imperator circa annum Domini CCC. I. precepit, quod Summus episcopus ab omnibus Papa uocaretur, & in dotatione succreuit etiam illud nomen. Phoca etiam Imperator circa annum Domini DC. hoc idem ex Clerici instantia confirmans, ut legitur in suis Annalibus. Unde narrat Cestrensis li. iiii. ca. xiiii. Quomodo excellentia Romani imperii adiuuerit Papatam sui pontificis super alios. Nicena inquit Synodus, hoc contulit priuilegium Romano pontifici, ut sicut Augustus præ cæteris regibus, ita Romanus Pontifex haberet Episcopus, & Papa principalis pater uocaretur. Origo autem illius nominis & excellentiæ fuit in dotatione ecclesiæ, ut specificat Decretum xcvi. Dist. Constantinus. His notatis pro remouenda reuocatione suppono, quod doctores notent in suo scripto per Romanam ecclesiam illam ecclesiam, de qua Saluator dixit ad Petrum. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, Sic enim ut dictum est cap. vii. Sancti & Decreta uocant sanctam Romanam ecclesiam, ut Dist. xxi. C. Quamuis & xxiiii. q. i. C. A recta. & xxiiii. q. i. c. Hæc est fides, & in Clemētis

de Iureiurando dicit. Romani principes orthodoxæ fidei professores Sacrosanctam Romanam ecclesiam cuius caput est Christus redemptor noster, ac Romanum Pontificem eiusdem redemptoris Vicariū feruore fidei ac clara deuotionis prōpitudine uenerantes. Et in sexto. Alma mater ecclesia. Et in Extrauagante Bonifacii viii. Sancta Romana ecclesia, & aliis dictis alibi positis & superior allegatis. De his ergo indoctorum nugis, cōcipio ista puncta. Primum Papa est caput sanctæ Romanæ ecclesiæ. Secundū Collegiū Cardinaliū est corpus sanctæ Ro. ecclesiæ. Tertiū Papa est uer⁹ successor principis Apostolorum Petri. Quartum Cardinales sunt ueri successores collegii aliorum Apostolorum Christi. Quintum pro regimine ecclesiæ per uniuersum mundū, oportet semper manere hmōi manifestos ueros successores in tali officio principis apostolorum Petri & aliorum apostolorum Christi. Sextum, non possunt inueniri uel dari supra terram alii tales successores, q̄ Papa existens caput, & collegium Cardinalium existens corpus ecclesiæ Romanæ. Contra omnia puncta sex iam posita arguitur in compendio. Omnis ueritas in religiōe Christi sequenda, & solum ipsa uel est ueritas a sensu corporeo cognita, uel ab intelligentia infallibili inuenta, uel per reuelationē cognita, uel in diuina posita scriptura. Sed nullus sex punctorum est ueritas a sensu corporeo cognita, uel ab intelligentia infallibili inuenta, uel per reuelationem cognita, uel in diuina posita scriptura. Igitur nullus sex punctorum est ueritas in religione Christi sequenda. Maior patet per Beatū Augustinū in Enchir. iii. ubi sic loquitur. Hac em̄ maxime imo fere sola in religiōe sequēda sūt, his qui cōtradicit, aut oīno a Christi noīe alien⁹ est, aut hæretic⁹. Et sequitur. Hac sūt defendēda rōne, uel a sensib⁹ corporis i choata, uel ab itelligētia mētis inuēta. Quæ aut nec corporeo sensu experti sum⁹, nec mente assequi ualimus, nec ualem⁹ eis sine dubitatiōe credenda sunt testibus, a quibus ea q̄ diuina uocari iam meruit scriptura confecta est, qui ea siue per corpus siue per animum diuinitus adiuti uel uidere, uel etiam prouidere poterunt. Hac Beatus Augustinus. Minorem autē Doctores improbare nō possunt, nec aliquis sex punctorū fuerit eis diuinitus reuelatus:

E

Nam nec ex sensu corporeo, nec ex ratione, nec ex diuina scriptura patent illa puncta, imo uidentur Doctores tradendo illa puncta in auctoritatem ut eis credat, esse anathema, per illam auctoritatem Augustini, quam adducunt ipsi in suo scripto. Si quis aliquas scripturas propter has, quas Catholica ecclesia recepit, uel in auctoritate esse habendas tradidit, fuerit ueneratus, Anathema sit, patet, quia ipsi tradiderunt proprias scripturas in auctoritate ut eis credat, & illas scripturas catholica ecclesia non recepit, cum nec in lege diuina, nec in iure Canonico sint posita. Igitur sequitur, quod ipsi doctores sunt ut sic Anathema, & patet, quod non est eis quo ad illa puncta adhibenda fides religiosa, nisi ipsa probauerint euidenter, uel fundauerint in sacra scriptura, uel uiuaci ratione, cum dicat Augustinus ad Hieronymum in epistola. Ego solum eis scriptoribus, qui iam Canonici appellantur, didici hunc honorem timoreque deferre, ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere. Alios autem ita legam, ut quotalibet sanctitate, quanta uel doctrina polleant, non ideo uerum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia Canonicas uel probabiles rationes, quod a uero non abhorreat, persuadere poterunt. Dist. ix. Ego solum. Cum ergo ipsi Doctores non sint auctores scripturae sacrae, dato quod sanctitate prepolleant, non ideo putandum est fidelibus ut uerum, quod ipsi sentiunt, nisi per alios auctores scripturae uel canonicas uel probabiles rationes persuaferint, quod a uero non deuiant illa puncta. Tunc similiter ad punctum Papae caput ecclesiae Romanae semper tenendo: uniformiter, quod ecclesia Romana est sponsa Christi aedificata super Christo, aduersus quam non possunt portae inferi prevalere. Arguitur sic, Nullus Papa est persona dignissima ecclesiae catholicae propter Christum, igitur nullus Papa est caput illius ecclesiae catholicae propter Christum. Sequitur, quod nullus sine reuelatione assereret rationabiliter de se uel de alio quod esset caput ecclesiae potestatis sanctae, quauis bene uiuendo debet sperare, quod sit membrum sanctae ecclesiae catholicae sponsae Christi. Unde circa hoc non debemus contedere de inesse quod iste quicumque conuersans nobiscum sit caput particularis ecclesiae sanctae, sed supponere ex operibus, quod si est superior regens sanctam particularem ecclesiam, tunc est superior in illa particulari ecclesia,

q̄ debet supponi de Romano Pontifice, nisi opera contradicant,
 quia Saluator dixit, Attendite a falsis prophetis, qui ueniūt ad uos
 in uestibus ouium, intrinsecus aut̄ sunt lupi rapaces, a fructibus eo-
 rum cognoscetis eos. Matth. xi. & Ioan̄. x. dicit. Operibus credite.
 Item non oportet credere, q̄ iste quicumq; Romanus Pontifex sit
 caput cuiuscunq; particularis ecclesie sancte, nisi Deus eum p̄de-
 stinauerit, patet, quia aliter oporteret Christianā fidem falli & chri-
 stianum fateri mendacium, cum ecclesia decepta fuerit in Agne-
 te, & Deus admisit propter suos, sine dubio in melius, ut nō statim
 qui in Papam eligi, pro sancto uel pro tali ut p̄tendit absq; formi-
 dine habeat. Vnde optarem q̄ Doctores docerent populū publice
 si toto Clero tunc uiante, & aestimante q̄ habent uerum Papā, ipsa
 Agnes fuit caput romanae ecclesie. Vel si tunc ecclesia fuit *ἀκεφα-
 λος*, noie Papae per biennium & per quinque menses in militante ec-
 clesia existente, unde possunt fideles concipere, q̄ sicut nō est de sub-
 stantia fidei *καθολικῶς* credere explicite, q̄ iste Liberius, Ioannes
 Bonifacius, Clemens uel Urbanus sit p̄destinatus, uel membrū san-
 ctæ matris ecclesie iuxta sententiā dictā superius. Sic nec est de ne-
 cessitate salutis oīm Christianorū secum conuersantiū, ut explici-
 te credant ipsū esse caput cuiusq; ecclesie, nisi facta & uita euange-
 lica euidentius moueant ad credendū. Nimia eim̄ p̄sumptio foret
 asserere, q̄ sumus capita cuiuscunq; particularis ecclesie, q̄ foret
 pars sanctæ matris ecclesie. Quomō ergo p̄sumat aliquis nostrū
 sine reuelatione asserere de se uel de alio, q̄ sit Caput, cum Ecclēsi-
 ast. ix. uere dicit, q̄ nemo scit utrum sit dignus amore uel odio, quō
 ad p̄destinationem. Item si inspicimus ad sensum & motum, quos
 in subditos influimus, & ex alio latere ad speculum scripturæ, per
 quam totā uitam nostrā regularem, eligeremus potius uocari
 serui & ministri ecclesie, q̄ capita, cum notum sit, si non facimus
 officium capituli, non sumus capita, quia secundum August. in li.
 de decem chordis. Maritus peruersus, nō est caput uxoris suæ, mul-
 to magis Papa ecclesie, si a Christo degenerat, non est caput illius
 particularis ecclesie. Vnde postq̄ August. ostenderit, q̄ femina
 uere Christiana debet dolere de fornicatione uiri, nō propter car-

O vos
adulteri
hic hic
notate

nem, sed propter charitatē & castitatem debitam uiro Christo, dicit consequēter, q̄ Christus loquitur in cordibus bonarum fœminarū, ubi uir non audit, dicēs. Dole de uiri tui iniuriis, sed noli imitari, quin potius ipse te imitef ī bono. Nā in eo q̄ malefacit, noli eum putare caput tuum, sed me dñm tuum, & probat hoc debere fieri. Si, inquit, in hoc q̄ malefacit caput est, & sequenturū est corp⁹ caput suum, eunt ambo in p̄cipitium. Vt aut̄ Christianus non sequitur malum caput suum, teneat se ad caput ecclesie Christum, huic debens castitatem suā, huic deferēs honorē, absens sit uir priuat⁹, p̄sens sit uir matri ecclesie copulatus. Benedictum ergo sit caput, ecclesie Christus, qui non potest a sua sponsa, quæ est corpus eius mysticum separari, qualiter Papæ per hæresim, ab ipsa ecclesia fuerunt sæpius separati. Sed dicunt aliqui ex p̄fatis Doctoribus, q̄ Papa est caput ecclesie militantis corporale, q̄ oportet semper hic esse cum ecclesia, Christus aut̄ non est sic caput corporale. Hic dicit, q̄ eadem difficultas eis restat ad probandū primam partē. Nā restat eis probare, q̄ Papa sit caput ecclesie sãctæ, q̄ non p̄barūt. Et tunc restat prius probare, q̄ Christus non sit caput corporale ecclesie militantis, cum Christus sit persona corporalis, quia homo qui est caput militantis ecclesie, qui Christus est oibus diebus cū sua ecclesia usq̄ ad consummationē seculi p̄sentialiter, secundū quod est persona diuina. Similiter ē per gratiā, dans corpus suū ecclesie ad manducandū sacramentaliter & spiritualiter, quō non magis est nobis p̄sens ille sponsus, qui est caput ecclesie, q̄ Papa qui a nobis distat per CC. miliaria, non ualens nobis per se influere sensum uel motum, quod est Capitis officium, sufficeret ergo dicere, q̄ Papa Vicarius Christi, & bene sibi esset, si esset fidelis minister prædestinatus ad gloriam Capitis.

CAPVT XIII.

A SECUNDVS punctus est iste. Collegium Cardinaliū est corpus sanctæ Romanæ ecclesie. Si sic, Igit̄ collegium Cardinaliū est sancta Romana ecclesia, tenet consequentia per id Apostoli ad Ephes. pri. Ipsum dedit caput supra oēm ecclesiam, quæ est cor

pus ipſius. Et cum eccleſia, q̄ eſt corpus Chriſti myſticū, non poteſt
 damnari, dicente Chriſto Matth. xvi. Super hanc pet. a di. ec. meā
 & portā inf. non p̄ual. aduer. eam, ſequit̄, q̄ Collegiū Cardinaliū
 non poteſt damnari, & cum iſtud conſequens ſit falſum, uel mini-
 me Doct̄oribus dubiū, ſequit̄, q̄ in illo puncto falſum uel dubiū po-
 ſuerunt doctrinaliter tanq̄ uerū, ſed quis fructus Chriſticolas ſic
 docere? Item collegiū Cardinalium uel eſt uerū corpus eccleſiæ
 ſanctæ Romanæ, uel fictum, non ſecundū, iuxta Doct̄ores ergo pri-
 mum, & per conſequens collegiū id eſt ad gloriā p̄deſtinatū, & cū
 doct̄ores nō reuelationē p̄deſtinationis de illo collegio, ſequit̄, q̄ nō
 debuerūt aſſerere, q̄ ipſū collegiū ſit corp⁹ ſanctæ Ro. ec. Itē corp⁹
 ſan. ro. eccleſiæ ſūt oēs p̄deſtinati, qui nō ſūt ſolū id collegiū. Prima
 pars patet per id Apoſtoli qui i perſona p̄deſtinatorū dicit Ro. xii.
 Multi unū corpus ſumus in Chriſto. Et pri. Corinth. xii. oſtendens
 unitatē corporis eccleſiæ, nō ponit Apoſtolorū collegiū eſſe corp⁹
 eccleſiæ. Sed dicit quosdā de⁹ poſuit in eccleſia primo Ap̄los, ſcdo
 p̄phetas, tertio doct̄ores, deīn uirtutes, exinde gr̄as curationū &c.
 & faciēs cōparationē corporis eccleſiæ & mēbrorū ei⁹ ad corp⁹ na-
 turale hoīs, ita dicit. Sicut em̄ corp⁹ unū eſt, & mēbra hēt multa, oīa
 aut̄ mēbra corporis cū ſint m̄ſta, unū corp⁹ ſūt. Ita & Chriſ ſcilicet
 unū eſt, q̄a una p̄ſona cū ſanctæ ſua eccleſiæ, q̄ eſt corp⁹ ei⁹. Et ſcda
 pars, q̄ illi oēs p̄deſtinati nō ſunt illud collegiū, manifeſta ē de ſe,
 meli⁹ ergo dixiſſent doct̄ores, q̄ Chriſ eſt caput ſanctæ Ro. eccle. &
 ſinguli p̄deſtinati mēbra, & oēs ſimul corp⁹ quod ē eccleſia, q̄ q̄ di-
 xerūt, q̄ Papa ē caput Ro. eccle. & collegiū Card. corp⁹, ſic em̄ con-
 cordaſſent cū Ap̄lo & cū ſanctis in pri. cap. allegatis, & p̄ſertim cū
 B. Auguſt. q̄ li. iii. de doc. Chriſtiana ait. Nō em̄ reuera corp⁹ dñi eſt
 quod cū illo nō manebit in aternū. Si ergo Cardinaliū collegium
 non manebit cū Chriſto in aternū, quod mihi eſt abſconditū, quō
 eſt corp⁹ ſanctæ Ro. eccleſiæ ſiue Chriſi? Si ſiter quō Papa cū p̄ſato **B**
 collegio eſt ſanctæ Ro. eccleſia, q̄ non poteſta portis inferi ſupera-
 ri? Dicam⁹ ergo nos ſecurius cū B. Auguſti. qui in prologo ſuper
 Pſal. lxxix. ſcil. ſuper illo Qui regis Iſrael intēde, dicit. Deniq; hoc
 eſt iſtiusmodi, & Chriſtum & uineā conſiteſ, hoc eſt caput & corpus,

regem & pabem, pastorem & gregem, & totum oim christianoꝝ
 mysterium Christum & ecclesiã. Ecce sancta ecclesiã Doctor aliã
 nobis ostendit ecclesiã sanctam cum capite, q̄ Doctores qui sine
 scriptura dicunt corpus sancta Romanã ecclesiã esse collegium
 Cardinalium, cui collegio bonum esset, si partes eius forent mem
 bra sancta ecclesiã IESV Christi. Et pensare deberemus quò ipse
 B. Augusti. timuit Christum uocare hoim dñicum, ex eo, q̄ eius
 sensus nõ patet ex scriptura, tãto magis timẽdũ est aliquẽ chřianũ
 uocare caput facta militatis ecclesiã, ne forte blasphemẽ Christũ
 cui hoc nomen ex Trinitatis concilio tanq̄ sibi proprium est ser
 uatum, quomodo ergo Doctores sine ostensione scriptura docent
 q̄ Papa sit caput illius sancta ecclesiã & collegium corpus? cũ suf
 ficiat fidei Christiano, cum fide formata & perseuerantia pro fide
 C articuli de ecclesia credere catholica, q̄ sit una uniuersitas fidelũ
 p̄destinatorum saluanda, uirtute meriti Christi, qui est caput illi⁹
 ecclesiã sancta catholica, licet non explicite descẽderit ad aliquẽ
 eius Vicarium, quem cognosceret capitalem. Sic em̄ multi salui fa
 cti sunt in Iudæa, in Asia, in athiopia credẽtes in Christum, secun
 dum doctrinam Apostolorũ, non recognoscentes explicite Petrũ,
 immo uel explicite credentes de Petro sicut nec audierũt aliquid
 de ipso. ¶ Tertius punctus est iste. Papa est manifestus & uerus
 successor principis Apostolorum Petri, de isto dictum est cap. vii.
 prope finem. Dicũt tñ adhuc, q̄ istum punctum Doctores non pro
 barunt. Et quia Vicarius debet gerere uicem superioris, a quo ac
 cepit uicariã potestatem, ergo oportet q̄ immediatius illi cuius ui
 cem gerit in operibus conformẽ, nam alias potestas in eo frustra
 retur. Tunc ex illo formatũ argumentũ. Illius est homo Vicarius
 cuius uicem gerit, & a quo procuratoriã ptãtem legitime accipit.
 Sed nemo uere gerit uicẽ Christi uel Petri, nisi sequat eũ i morib⁹
 cũ nulla alia seq̄la est pertinẽtior, nec aliter a Deo recipit procura
 toriam ptãtem, Igit̄ ad id officium uicariũ requirit̄ & morum cõ
 formitas, & instituentis autoritas. Si ergo Papa est homo humi
 limus, mundanos honores & lucrum seculi paruipendens, si est pa
 stor trahens a pastu uerbi Dei nomen, de quo pastu Petro dixit do

Quid sit
 credere
 ecclesiã
 catholica

minus, Pasce oues meas Iohā. xxi. Si pascit oues uerbo & uirtutū exemplo, factus forma gregis ex animo, ut docet Pet. pri. Pet. v. Si est mitis, patiens, castus, & in ministerio ecclesie laborans anxie & solícite, arbitrans oīa mūdi tēporalia ut stercora, tunc sine dubio est uerus Vicarius IESV Christi manifestus Deo & hoībus, quan- **D**
 tum ad iudiciū externū sensuale. Si autē uiuit istis uirtutibus cō-
 trarie, cum non sit Christi comunicatio ad Belial. ii. Corinth. vi.
 Et qui non est mecum contra me est, ait Christus Matth. xii. quō
 est uerus Christus uel Petri Vicarius? & nō magis Antichristi Vi-
 carius, obuians Christo in moribus & in uita. Vnde Christus Pe-
 trum dū fuit sibi in uoluntate & uerbis contrarius Matth. xvi. post
 promissionem datiōis clauium, uocauit Sathanā .i. aduersantem
 dicens. Vade post me Sathana, scā salū mihi es, quia non sapis ea
 q̄ Dei sunt, sed ea q̄ hoīm. Si ergo Petrus primus Christi Vicarius
 ab ipso electus, & ecclesie spiritualiter deputatus, uocat⁹ est a Chi-
 sto Sathanas, qui ex affectu dilectiōis carnalis dissuadebat ei mor-
 tis subire supplicia, cur alius in uita Christo amplius cōtrarius nō
 dicere uere Sathanas? & per consequens Antichristus, uel eius Vi-
 carius, uel minister p̄cipuus Antichristi? Vnde dicit B. Bernard⁹
 super Cañ. Egressa est iniquitas a senioribus iudicib⁹ tuis dñe, qui
 uident regere populum tuū. Heu heu dñe deus, quia isti sunt in per-
 secutiōe tua primi, qui uident in ecclesia tua primatū tenere & re-
 gere principatum. Item omnes amici & oēs inimici, omnes neces-
 sarii, & oēs aduersarii, omnes domestici, & nulli pacifici, oēs quæ sua
 sunt quærent, ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo. Ecce q̄
 plane iste sanctus ostendit quō mali Prælati fiste sunt amici dome-
 stici & ministri Christi. Sed uere sunt inimici Christi, & ministri
 Antichristi. Item August. supra Iohā. ostendens qui non sūt ue-
 ri pastores, sed mercenarii dicit, et probat viii. q. i. Sunt in ecclesia
 quidam p̄positi, apostolus Paulus dicit, sua quærentes, & non quæ-
 IESV Christi. Quid est ergo sua quærentes? nō Christum gratis
 diligentes, non Deum propter seipsum quærentes, temporalia cō-
 moda sectantes, lucris inhiantes, honores ab homibus appetentes.
 Hac q̄n amant a Præposito, & propter hoc serui Deo, quisquis ta-

sis est mercenarius est, inter filios se non cōputet. De talibus em̄ &
 Dñs dicit. Amen amen dico uobis receperunt mercedē suā. Vnde
 ipse August. dicit, q̄ sicut Petrus apostolus gessit typum oim bono
 rum & p̄sertim Episcoporum. Sic Iudas oim gessit figurā malorū,
 & specialiter Sacerdotū. Vnde super Iohañ. super illo uerbo Ioañ.
 xii. Pauperes em̄ semper habebitis uobiscum, me aut̄ non semper
 habebitis, dicit. Quid sibi uult? quō intelligendū est? me non sem
 per habebitis, Nolite expauescere Iudæ dictum est, quare ergo nō
 dixit habes? sed habetis, quia non est unus Iudas, unus malus, cor
 pus malorum signat, quomodo Petrus bonorū. Infra. In Petri per
 sona signati sunt in ecclesia boni. Iudæ persona signati sunt in ec
 clesia mali. Ipsi dictum est, me aut̄ nō semper habebitis. Quid est
 non semper, & quid est semper? Si bonus es, si ad corpus pertines,
 quod signat Petrus habes Christum, & in p̄senti & in futuro. In p̄
 senti per fidem, in p̄senti per signum, in p̄senti per baptismatis Sa
 cramentum, in p̄senti per altaris cibū & potum. Habes Christū in
 p̄senti, sed habes semper, quia cum hinc exieris, ad ipsum ueniens,
 qui dixit latroni, hodie mecū eris in Paradiso. Si aut̄ male uersaris
 uideris in p̄senti habere Christum, quia intras ecclesiā, signas te si
 gno Christi, baptisaris baptismo Christi, misces te membris Chrī,
 in p̄senti habes Christum, sed male uiuendo non semper habebis,
Hæc Augustinus, ostendens q̄ ueri Vicarii Petri sunt iusti, & Iudæ
Scariothis sunt Vicarii mali, & p̄sertim sacerdotes auari, hypocri
tæ & blasphemī. Et idem ostendit super illo Psal. Deus laudē meā
ne tacueris. Et Ambrosius xxii. q. ultima dicit. Cauete fratres men
dacium, infra mendaciū nanq; est Christianum se dicere, & opera
Christi non facere. Mendacium nanq; est episcopum, sacerdotem,
uel clericum se profiteri, & contraria huic ordini operari, & ii. q. i.
Omnes p̄lati non pro Prælatis habent, nomen enim non facit Epi
scopū, sed uita. Et Distinc. iiii. sub Rubrica. Non est uere sacerdos
qui nominatur sacerdos. Et Chrysoft. Multi sacerdotes & pauci sa
cerdotes. Ecce ex his & ex aliis positis ostenditur, q̄ non est Papa

...
 ...
 ...

manifestus & uerus successor principis Apostolorum Petri, si uiuit **G**
 moribus contrariis Petri, & si quærit avaritiam, tunc est Vicarius
 Iudæ Scariothis, qui amauit mercedem iniquitatis, uédens Iesum
 Christum. Et pari euidencia Cardinales non sunt manifesti & ueri
 successores collegii aliorum Apostolorū Christi, nisi uixerint mo-
 re Apostolorū, seruantes mandata & consilia domini IESV Chri-
 sti. Si em̄ ascendunt aliunde q̄ per ostium domini IESV Christi,
 tunc sunt fures & latrones. Sicut pronunciat ipse Saluator, de om-
 nibus talibus dicens. Quotquot uenerūt fures sunt & latrones. Ioā
 nis decimo, Quicumq; ergo dicunt se fore ueros & manifestos Chri-
 sti Vicarios, scientes se fore in crimine, mentiūtur. Ideo dicit Apo-
 quomodo illi de Synagoga Satanæ dicunt se esse Iudæos, & nō sūt
 sed mentiuntur. Vnde si Cardinales ecclesiastica beneficia cōgre-
 gant, & commutāt, & pro eorum uenditione pecuniam per se uel
 per alios acceptant. Et sic bona pauperum uoluptuose deuorant
 & consumunt. Sed nec faciunt miracula, nec uerbum Dei populo
 prædicant, nec deuote orant, & nec suppleunt uicem Diaconorum, **H**
 quos constituunt Apostoli Actuum sexto, quia nec faciunt eorum
 officia, nec uiuunt eorum uita, in quo rogo sunt Vicarii Aposto-
 lorum? Nunquid in hoc q̄ beneficia congregant? uel tanquam
 Giezi munera captant? uel q̄ ualde mane accedunt ad Papæ præ-
 sentiam, in apparatu superbissimo, cum sumptuosa equitatus fa-
 milia, non propter loci distantiam, uel difficultatem itineris, sed
 ad ostendendam magnificentiam suam mundo, & contrarieta-
 tem Christo cum suis Apostolis, qui pedestres in habitu humili
 circumierunt ciuitates, uillas, & castella euangelizando regnum
 Dei. Nunquid etiam in hoc sunt Apostolorum Vicarii ueri &
 manifesti? q̄ permittunt se ab hominibus cum genu inflexione
 uenerari? uel q̄ uisitantibus exteris Papam cingunt, q̄ ipso sedēte
 in altum in ornatu splendido, etiam usq; ad pedes, immo ultra se-
 dem extenso, q̄ flexis genibus humiliter petant pedū oscula beato-
 rū, quasi ipsi patris Papæ sanctitas, usq; ad plantā pedis ebulliret.

Sed nunquid ab illis pedibus infirmi accipiunt sanitatē? Christus eū pertulit, sed non p̄sumpsit pedes suos osculari a fœmina, ut patet Lucæ vii. quia deuota contritio & pedum Christi hoc est pauperum curatio & lotio delent crimina uiatoris. Neutri uero parti illud osculum proficit ad salutem, nam osculans ex culpanda auaritia, uel timore aut adulatione, uel cæca deceptus deuotiōe, oīno culpabilis magis sollicitus uel reuerentius, flectens genua & accedens ad pedes q̄ faceret coram sacramento corporis Saluatoris. In osculato uero Papa est oīno culpabile, quia non potest æquari Christo

K ut tantam dignitatem recipiat. At Apostoli habebāt in memoria Christi uerbum Lucæ xiiii. Cum uocatus fueris ad nuptias, nō discumbas primo loco, ne forte honoratior te inuitatus sit ab illo, & ueniens is qui te & illum inuitauit, dicat, *A mice da huic locum*, & tunc incipiens cum rubore locū nouissimū tenere. Constat autē ex dictis sanctorum q̄ Christus loquit de uocatione, de locatione, & de cœnatione spirituali, non corporali, cum per nuptias intelligit sponsatio Christi & Ecclesiæ, quæ perpetuitate complebit in cœna nouissima. Ad has quidem nuptias multi sunt uocati, pauci uero electi, ut loquit Christus Matth. xxii. Ille autē recumbit in loco nouissimo, qui pie putat se minimū electorū, sicut Apostolus Christi qui uidit arcana quæ non licet homini loqui, reputat se minimū Apostolorum. Si ergo Papa reputat se patrem sanctissimum, uel recipit a subditis placenter id adiectiuū, quomodo nō p̄sumptiue eligit primum locū? Vnde si foret in eo humilitas, sicut in B. Gregorio, ipse citissime destrueret, uel affectaret destruere illū stylū, nō eū quia uices tenet Petri, & quia habet magnā dotationē, ex eo est sanctissimus. Sed si Christum sequit in humilitate, patientia & labore, ex magno charitatis uinculo, tūc est sanctus. Sed absit, q̄ sit sanctissimus, quia tunc foret deus oīpotens, & per consequens non esset Vicarius IESV Christi, qui noluit osculari fœminam pedes suos post resurrectionē imortales, indubie & beatos, ut tollat p̄sumptionem blasphemam a miseris interdum falso fingentibus se esse Christi Vicarios. Pedes autē Christi & cum Christo ascendentium sunt beati, & non esca uermiū, membrū putridum, & fœtens sudor

affectionum mundanarum. Existis poterit cōuinci, si iste quartus punctus, Cardinales sunt manifesti & ueri successores Apostolorū Christi, teneat ueritatē. Nā a fructib⁹ arbor cognoscit, quales gerit.

CAPVT XV.

QUINTVS punctus est iste. Pro regimine ecclesiæ per uniuersum mundum oportet semper manere huiusmodi scilicet **A** Cardiales manifestos ueros successores illi officio principis Apostolorum Petri, & aliorum Apostolorū Christi. In isto puncto illud uerbum oportet, nec ex parte Dei regētis ecclesiā dicit oportunitatem, qui sine talibus successoribus regere pōt ecclesiam per uniuersum orbem dispersam, nec dicit oportunitatē ex parte ecclesiæ, q̄ potest a que bene regi a sāctis Sacerdotibus, de ptis illis duodecim cardinibus. Sicut regebatur per trecentos annos, & ampli⁹ post Ascensionē Chrī, ne forte dicatur, q̄ id uerbū oportet dicat necessitatē, quā notauit Saluator Matth. xviii. dicēs. Necessesse est ut ueniant scandala, ue autē homini illi per quem scandalum uenit. Ista enī uerba dixit Saluator post correptionem discipulorum suorum quarētium maioritatē inter se, ubi adiurauerat eos dicēs. Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli non intrabitis regnum calorū. Et ne per superbiā scandalizarent in Christum credentes, adiunxit. Qui scandalizauerit unū de pusillis istis, qui in me credūt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Quod uerbū tractās **B** Gregorius in suo libro pastoralis cap. ii. Pastores, inquit, peruersi in moribus, quod uerbis p̄dicant, moribus impugnant, unde fit, cū pastor per abrupta graditur, ad p̄cipitium grex sequatur, quia cū Laici dicta Prælatorū cognouerint, per opera peruertunt. Hinc scribitur per prophetam. Causa sunt ruinae populi sacerdotes mali. De quibus dicit Dñs per prophetam. Facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis. Nemo quippe amplius in ecclesia nocet q̄ peruerse agens, habet nomen uel ordinem sanctitatis, delinquentem namq̄ hunc redarguere nullus audet, & in exemplū culpa uehementer extenditur, q̄ peccator pro reuerentia ordinis honoratur. Indigni

mm

nāq̄ tāti pōderis pericula fugerēt, si ueritatis sententiā sōlicite cogitarent. Qui scandalifauerit unum de pusillis istis, qui in me crediūt expedit ei, ut suspendat mola asinaria in collo eius, & demergat in profundū maris. Per molā quippe asinaria secularis uita circuit & dolor exprimit, & per profundum maris, extrema damnatio designat. Qui ergo ad sanctitatis speciem deductus, uel uerbo, uel exēplo ceteros destruit, melius profecto fuerat, ut hunc ad mortē sub exteriori habitu terrena acta constringerēt, quā sacra officia in culpa ceteris mutabilē demonstrarent, utiq̄ quum nimirū si solus caderet, hunc tolerabilior pōena inferni cruciaret. Nouit iste sanctus **C** Papa cōditiones & pericula adiacentia Pralato, & specialiter Romano Pōtifici, cum peccatū eius cōmissionis uel omissionis foret scādalum toti populo Christiano. Nam dicitur Dist. iiii. Bonitas Papæ est quasi salus oīm, & peruersitas illius cedit in damnationē innumerabilium personarū, Dist. xl. Si Papa. Si ergo Papa & Cardinales per pomposam equitaturā, uestium resplendentiū apparatus exquisitum & mirabilem, per nimiam curā congerendi beneficia, uel pecunias, & per ambitionē manifestam honoris magis q̄ seculares Laici scandalizarent in Christum credentes. Quomodo pro regimine uniuersalis ecclesiæ ut manifesti & ueri successores in officio Petri Apostoli, & aliorum apostolorū Christi necessario semper manerent, Nunq̄ Apostolorū officium fuit aliud q̄ Christū sequendo in moribus, ecclesiam docere, hoīes baptizare, infirmos curare, demones eiicere, sacrificiū corporis Christi offerre, & iniunctam potestatem ad profectū ecclesiæ undiq̄ exercere. Si ergo Papa cū suis Cardinalibus istud exercet officium, tenet Petri officiū. Si ab isto declinat cum Cardinalibus, quis dubitat quin a Vicariatu uero Christi & Apostolorū eius declinet. Et pari euidencia iste **Sextus punctus** punctus sextus declarat, qui est. Nō possunt inueniri uel dari super terrā alii tales successores, q̄ Papa existens caput, & collegiū Cardinalium existens corpus ecclesiæ Romanæ. Pro isto noto primo, q̄ Chrs est caput sufficiētissimū, sicut probauit per trecētos annos, & amplius, q̄n prosperata est sua ecclesia, & lex sua est efficacissima **D** ad causas ecclesiasticas terminandas, cū Deus ipsam edidit ad hūc

finem. Non enim Christus cum sua lege deficit ad regendam ecclesiam, ministrantibus deuotis sacerdotibus ipsam legem populo, iuxta sanctorum Doctorum sententiam, quam instinctu spiritus sancti ediderunt, ut patet de sanctis Augustino, Hieronymo, Gregorio, Ambrosio, qui post Apostolos dati sunt ecclesiae ad doctrinam. Vnde non dubium, quin beatus Augustinus plus profuit ecclesiae, quam multi Papa, & in doctrina forte plus quam omnes Cardinales, a primis usque iam currentes. Ipse enim scripturam Christi, in regimine ecclesiastici copius cognouit, diffiniuit materiam catholicam, purgando & corrigendo errores haereticos ab ecclesia. Quomodo ergo illi quatuor Doctores, non fuerunt ueri Vicarii Apostolorum, & manifesti successores eorum, Immo ueriores & rectiores, quo ad populum, quam modernus Papa cum suis Cardinalibus, qui nec uita sancta fulget populo, nec doctrina. Vnde audacter assero, quod in quocumque puncto isti sancti quatuor Doctores concordant, quod Papa cum Cardinalibus non potest licite oppositum tanquam fidum populo diffinire, Et simile est de aliis sanctis, ut de Iohanne Chrysostomo, Iohanne Damasceno, Dionysio Areopagita, qui Christi ecclesiam docti a Spiritu sancto scientia, & moribus illustrarunt. Et argumenta contra punctum primum principaliter sic. Deus est omnipotens, igitur Deus potest dare alios successores ueros Apostolorum, quam sunt Papa & Cardinales, igitur possunt inueniri uel dari alii ueri successores Apostolorum, qui non sunt Papa uel Cardinales, ergo ille punctus falsus. Consequentia prima probatur. Nam si non potest deus dare alios ueros successores, quam sunt Papa & Cardinales. Sequitur, quod potentia Caesaris hominis non dei, instituendo Papam & Cardinales, potentiam Dei limitaret, consequens falsum, & consequentia probatur. Nam Caesar Constantinus post annos trecentos Papam instituit. Romanus enim pontifex fuit confocius aliis Pontificibus, usque ad donationem Caesaris, cuius auctoritate cepit capitaliter dominare. Vnde Decretum xcviii. Dist. quod non possumus pro uerecundia negare, sic loquitur. Constantinus Imperator quarto die sui baptismi priuilegium Romanae ecclesiae Pontifici contulit, ut in toto orbe Pontifices ita hunc caput habeant, sicut iudices regem.

In quo priuilegio inter cetera ita legit. Tribuimus ei potestatem atq; uigorem, & honorificentiam imperialem, decernentes, ut principatum teneat tam super quatuor sedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolymitanam & Constantinopolitanam, celsior & princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat &c. Ecce q; Papa pfectio & institutio a Caesaris potentia emanauit, q; non potest Dei potentiam limitare. Vnde timentes posterius Potifices perdere illam pfectionem, ab aliis Caesaribus confirmationem postularunt. Vnde dist. lxiii. Decretum sic loquit. Ego Lodouicus Romanus Imperator Augustus, statuo & concedo per hoc pactum confirmationis nostrae, tibi B. Petro principi Apostolorum, & per te Vicario tuo Domino Paschali Summo Pontifici, & successoribus in perpetuum, sicut a predecessoribus nostris, usq; modo in nostra potestate & ditione tenuistis, & disposuistis ciuitatem Romanam. Sed non curanda est ista uerborum concessio, dum dicit Caesar, Ego Lodouicus concedo tibi B. Petro. Nunquam indiguit Petrus, tunc existens possessor regni calorum, possessione ciuili Romana, uel nunquam maior fuit Lodouicus Petro, & uerior possessor quam Petrus. Utinam Petrus, si fuisset uoluntas Dei, dixisset, ego tuam concessionem non accepto, quia dum fui Romanus Episcopus reliqueram omnia, & a Nerone donationem super Roma non optaui, & ea non indigeo, & uideo quod meis posteris multum nocet, impedit enim eos in predicatione Euangelii, in oratione salutari, in completionem mandatorum Dei, & consiliorum, & facit plurimos superbire. Cum ergo Deus Opus potest istorum Imperatorum priuilegium tollere, & reducere suam ecclesiam ad paritatem in Potificibus, ut erat ante donationem, sequitur, quod potest alios quam Papam & Cardinales dare ueros successores ad ministrandum suae ecclesiae, ut sancti Apostoli ministrarunt. Sed obicitur contra istud. Nam Papa institutionem talem habet, at non ut dicit Decretum dist. xxii. Sacrosancta, ubi Anacletus Papa sic loquit. Sacrosancta Romana ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino primatum obtinuit. Ex quo sequitur, quod non ab Imperatore uel homine, sed immediate a Deo papa est, sic excellens institutus. Et idem ii. patet ex submissione regnorum. Et iii. ex testimonio Doctorum, de potestate Papae loquentium.

Ad primum debet supponi, q̄ ille Papa intellexit per Sacrosanctā Romanā ecclesiā, non Basilicam lapideā uel ligneam, sed sanctos Petrum & Paulū, & ceteros qui inhabitauerāt illum locum. Ideo in eodem Decreto dicit, q̄ Petrus & Paulus erant socii in urbe Romana, unde signanter dicit, q̄ primatū obtinuit, debet supponi. Secundo, q̄ loquit̄ de primatu hoīm quo ad deum, ex primicia uirtutum & adificationis ecclesiā, & nō de primatu diuitiarum temporalium, uel gloriā humanā, quem primatum Christi Apostoli respuerunt. Et patet q̄ inualida est argutia. Romana ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Dño primatū obtinuit. Igit̄ oīs Roman⁹ Pōtifex debet mūdāna gloria p̄cellere, uel seculariter domiari, quin potius ex Decreto sequit̄, q̄ Romanus Pōtifex tenet seruire illi populo, non sibi dominando, uel ipsum suspendendo, sed pro illo efficaciter exorando, ut allegat Decretum Paulum fecisse Ro. i. Licet inquit pro oībus apud dñm, oīm sāctorum effundat̄ oratio, his tñ uerbis Paulus beatissim⁹ Romanis proprio chirographo pollicef̄ dicens. Testis enī mihi est Deus, cui seruiō in spiritu meo, in euāgelio filii eius, q̄ sine intermissione memoriam uestri facio semper in orōnibus meis. Ex isto Decreto uidet̄, q̄ Papa Anacletus uoluit asserere, q̄ ipse debuit super oēs alios dñari ciuilit̄, uel primatum habere, quo ad dominium, super oēs alias personas ecclesiā militantis, quia sic quarendo gloriā propriā, ut dicit̄ Iohāñ. v. haberet signum euidentissimū Antichristi. Immo Bonifacius VIII. in sua Extrauagatione Vnam sanctā, non audebat illud expresse asserere, quia tunc solus perhiberet testimoniū, q̄ ipse esset homo sanctissimus, & tunc possent sibi tam fideles q̄ infideles pertinenter obicere. Tu de te ipso testimonium perhibes, testimoniū tuum non est uerum. Vnde in istam perplexitatem ex dotatione & exaltatione Cæsaris inuoluunt̄ Romani Pontifices, q̄ Imperatore quarēt̄ ab eis, si ipsi in potestate, in primatu, in dignitate, quo ad dominium excedunt oēs mortales iam uiuentes, oportet ipsos illud concedere quia aliter, ut inquit, nemo debet credere, q̄ sunt Papæ. Petr⁹ autem & Paulus illud de se non concederent, quia non habebant potestatem datam sibi a Cæsare. Ideo Paulus uere & humiliter cōfess

sus fuit pri. Corinth. xv. Ego, inquit, sum minimus Apostolorum,
 qui non sum dignus uocari Apostolus. Quare igitur non sic profite-
 retur Pontifex, si imperialis dignitas nõ obstatet. Verum ergo cõ-
 cludif, q̃ a Deo immediate, & nõ ab hoie non deo, siue a puro hoie
 Papa habet excellentiam dignitatis. Sed oportet, q̃ mereat illam
 dignitatem humiliter, sine pompa, & si dignitas Casarea extollit
 Papam erga seculũ, sine humilitate & uita sancta, q̃ ad uitã Chri-
 sti & gloriam illud pertinet, dum sic Antichristus mundialiter ex-
 tolletur. Ad secundũ de submissione regnorũ dicit, q̃ primũ fuit
 inuolũtaria, quodãmo ex timore mãdati Imperatoris, scdm qd nõ
 debet sibi sic ois populus subiici, ut ipse super eo seculariter domi-
 nes, & ergo illa subiectio non arguit necessitatem Romanũ Pon-
 tificem usq̃ in consummationẽ seculi sic cum Cardinalibus dñari.

Ad II.

Ad III.

Ad tertium, de testimonio Doctorum, de potestate Papæ loquẽ-
 tium, dicitur, q̃ omnes qui sic magnificant Papæ potentiam, dicẽ-
 tes, q̃ potest facere inculpabiliter qui e quid uult, & q̃ nemo habet
 sibi dicere cur hoc facit, sunt Rhetores mendacii, seducetes popu-
 lum dñi Christi. Nec debet credi talibus, non de quanto sua dicta
 fundauerunt in scriptura. Sic em̃ magnus doctor Augustinus sape
 asserit, q̃ non debet sibi credi, nisi de quanto se fundauerit in scrip-
 tura. Et patet, q̃ Deus potest dare alios successores Apostolorum q̃
 sunt Papa & Cardinales, sicut potuit dare alios, q̃ fuerunt Pontifi-
 ces legis ueteris, scribæ & pharisæi, cum suis traditionibus, qui legẽ
 Domini non seruauerunt, quibus dixit Matth. xxi. Dico uobis, quia
 a uobis aufereſ regnum Dei, & dabis gẽti facienti fructus eius. Ista
 dixit Saluator sacerdotibus, qñ soli contra se tulerunt sententiam
 dicentes. Malos male perdet, & uineam suã locabit aliis agricolis,
 qui reddant ei fructum temporibus suis. Quomodo ergo abbrevi-
 ata est manus dñi, q̃ nõ posset Papam & Cardinales abiicere, & ali-
 os qui sine illis titulis ædificarent ecclesiã, ut fecit cum Apostolis
 collocare. Item, Oes episcopi Christi ecclesiæ, Christũ sequẽtes

Argum.

II.

H

in morib⁹, illi sunt ueri Vicarii Apostolorũ, & illi nõ sunt Papa &
 Cardiales, ergo possunt inueniri uel dari alii ueri successores Apo-
 stolorum q̃ Papa & Cardinales. Cõsequẽtia nota est cũ minore, &

prima pars patet Dist. xxi. In nouo, ubi dicit papa Anacletus, q̄ cæteri Apostoli cum Petro pari cõsortio honorem & potestatem acceperunt. Et post dicit. In ipsiq̄ decedentibus, in loco eorum surrexerunt Episcopi. Vbi dicit glosa, Argumentum, q̄ omnis Episcopus sit par apostolico quantum ad ordinationem consecrationis. Idẽ patet xxiiii. q. i. ca. loquitur ad Petrum, ubi dicit Cyprianus episcopus & martyr, q̄ omnibus Apostolis post resurrectionem suam par potestatem tribuit. Et per beatum Hieronymum dist. xcv. C. Olim, ubi dicit. Olim idem presbyter, qui & episcopus, & antequã diaboli instinctu studia fieret, & diceretur in populis, ego sum Pauli, ego sum Apollo. Item omnes Archiepiscopi, Patriarchæ & episcopi, in Concilio Pisano, cognoscentes & diffinientes & condemnantes Gregorium Papam duodecimum tanq̄ hæreticum, illi fuerunt, & nunc sunt ueri successores Apostolorum, & illi sunt alii q̄ Papa & Cardinales, ergo sextus punctus falsus, patet consequentia cū partem supradictam, & primam partem Doctores negare nõ audebāt.

Argu.
III

Item foret euangelica sapientia, omnes sacerdotes esse sacros & regulatos immediate per unicum p̄tificem dñm I E S V M Christum. Sic em̄ fuit tempore Apostolorum, quando creuit ecclesia, & sententia ista consonat cum scriptura. Igitur potest sic Deus ecclesiam suam ad statum pristinum reducere, tollendo præfecturam Papæ & Cardinalium, ergo alii q̄ isti Vicarii Apostolorum possunt esse. Item terminus potentia & officii, minister ecclesie ne euagetur in deuium, est signandus, sed nullus, si non ille, q̄ Christus instituit, cum enim Christus sit omnipotens, omnisciens, ac summe bñuolus, patet, q̄ ratio necessitat eũ icorrigibiliter ordiãre, & specialiter cū in primitiã ecclesia fuit messis plenior & laboratiũ copiosius ordiãret de plurẽ maneriẽ ministrorũ, tũc autẽ nõ ordiãuerat, nisi diaconos & psbyteros, tunc etiã idẽ psbyter erat & epus, ut ait Hiero. & ut patet ex textu Ap̄li ad Timoth. & Titũ, ex qb̄ ad Euaagriũ psbyterũ deducit Hiero. xciii. dif. C. Legim⁹. Vñ dicit ibi. Quid em̄ facit excepta ordiãtiõ epus, quod nõ facit psbyter, nec altera Ro. urbis ecclesia, altera toti⁹ orbis existimãda, & Gallia, & Britania. Et Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes unum Christum adorant, anam obseruant regulam ueritatis.

Argu.
III

Argu.
V.

Si auctoritas quarit, orbis maior est orbe, ubicunq; fuit Ep̄s siue Roma, siue Constantinopolim, siue Alexandria, eiusdem est merito, eiusdem & sacerdotii, potentia diuitiarū, & paupertatis humilitas, uel sublimiorem uel inferiorē Episcopū facit, & sequit ad propositum. Caterum, inquit, oēs Apostolorum successores sunt. Ecce non solum Papa cum Cardinalibus successores sunt Apostolorū.

- I** Et, idem patet per Bedam, qui super illo uerbo Lucae x. designauit Dñs & alios LXXII. dicit. Sicut duodecim Apostoli formā episcoporum p̄monstrare, nemo est qui dubitat. Sic et hos LXXII. figuram psbyterorum & secundi ordinis sacerdotum gessisse notant. Ecce ex iam dictis ostendit, q̄ alii q̄ Papa & Cardinales possunt dari, & inueniri successores ueri Apostolorum. Cum igit ex ordinatione Christi, tempore Apostolorum duo ordines Cleri pro sua ecclesia suffecerint, scilicet Diaconus & Sacerdos, ut dicunt sancti & Decretum xciii. Dist. ca. Dñs noster I E S V S Christus, ubi dicit, Apostolos, & Episcopos, & presbyteros dñs elegit, Diaconos post ascensionem Dñi Apostoli sibi constituerunt, episcopatus sui & ecclesiae ministros. Quid miri foret, si Deus oīpotens istum Papā cū istis Cardinalibus mortificans, & dans eis etiam uitam aeternam, si meruerint, permitteret eodem ordine quo prius suam ecclesiam per uniuersum orbem, sine illis cardinibus militare, ipsamq; regi, sicut regebat, disponderet secundum legem suā indefectibile, dans Episcopos & sacerdotes, qui euangelizatione, orōne, & sanctae uitae exemplatione, assidue pascerent oues Christi, hoc em̄ Petro fuit officium a Christo limitatū, ut patet Iohān. ultimo. Vnde Augusti. epist. Cxli. ad Paulinum notat, quō in textu Apostoli Ephes. iiii. officium pastoris & Doctoris iunguntur. Pastores, inquit, & doctores quos maxime discernere uoluisti, eisdem puto esse, & non alios pastores, & alios Doctores, & ideo cum p̄dixisset pastores, subiūxit doctores, ut pastores intelligerēt, ad officiū suum pertinere doctrinā, Ideo uero nō ait quosdam uero pastores, & quosdā doctores, ut superioris locutionis genere, sed quosdā pastores & doctores, tanquā unum aliquid duobus noībus amplexus est, quosdā inquit pastores & doctores. Vnde spoliatis superfluis, pateret, quis Papa, Cardialis,

uel Episcopus remaneret uerus pastor ex thesauro Dñi, & forte re-
 perirent plures inutiles, fures & latrones, q̄ ueri Vicarii Dñi IESV
 Christi. Sed obiciet contra dicta per hoc. q̄ si Papa & Cardinales
 non sunt ueri & manifesti successores Apostolorum, pari ratione
 nec alii, cum non potest dari discretio ex eo, q̄ possunt esse in ue-
 stimentis ouium, intrinsecus lupi rapaces, ut patet Matth. vii. Hic
 oportet consyderare sectam Cleri duplicem, scilicet Clerum Chri-
 sti, & clerum Antichristi. Clerus Christi quiescat in suo capite Chri-
 sto ac suis legibus. Clerus uero Antichristi, uel totaliter uel p̄pon-
 deranter innititur legibus humanis, & legibus Antichristi, & to-
 tum palleatur esse clerus Christi atq; ecclesie, ut populus simula-
 tius seducat, & ista tam contraria oportet inniti duobus contrariis
 capitibus cum suis legibus. Et euidetia facti docet descriptiões me-
 brorum, cōstat quidem. q̄ Clerus ecclesie claudicat in duas partes
 propter quod necesse est Laicos supportatos per ipsos in opinione
 & uita tam dispares titubare. Possunt aut̄ ista partes topicae per
 hoc discernere potissime, q̄ Clerus antichristi instat attentius pro
 traditiōibus hūanis, & pro priuilegiis, q̄ factū uel lucrū seculi sapi-
 unt defendēdis, uultq; gloriose, uoluptuose & Christo dispariter ui-
 uere, postergans penitus imitatiōem in moribus dñi IESV Chri-
 sti. Sed clerus Christi laborat assidue pro legibus Christi & eius pri-
 uilegiis, quibus bonum spiritale acquiri ostendendum, fugitq; fa-
 ctum, & uoluptatem seculi, quarit conformiter Christo uiuere, at-
 tendens diligentissime sequelam dñi IESV Christi. Nec fas est fi-
 deli discredere quin ista pars sit uera, & prior erronea. Et quis pla-
 ne sine reuelatione nō potest homo uiator uerum sanctū pastore
 cognoscere, tamē ex operibus legi Christi conformibus debet sup-
 ponere, q̄ talis est. Si aut̄ uidet ipsum Christo cōtrarie uiuere, quō
 potest iudicare aliter nisi q̄ est uicari⁹ antichristi, cum dicat Chri-
 stus, A fructibus eorum cognoscetis eos. Matth. vii. Et eiusdē xii.
 Qui nō est mecū cōtra me ē, ubi Glosa Ord. dicit, q̄ nō ē mecū .i. q̄
 dissimilia meis opa facit, mihi cōtrari⁹ est. Si ergo platus superbit,
 luxuriae, auaritiā sequit̄, ipatiēs ē, oues nō pascit, sed opprimit & di-
 spergit, quō nō est Antichr̄s? Vñ malos possūt hoīes faciliter cog-
 noscere per extranea Christo opera cōtraria, bonos aut̄ nō ita, qa
 pōt hypocrisis latitare.

Clerus
Duplex

nn

¶ Caput Decimum sextum.

- A** **P**ONVNT ulterius p̄fati Doctores, q̄ quidam de Clero Boemix Papam & collegium Cardinaliū paruipendentes, ad hoc cōsentire nō uolunt, solam scripturam sacram in talibus materiis pro iudice habere uolentes, quā scripturā sacram secundum capita sua interpretant, & interpretari uolunt, interpretationem cōmunitatis sapientum in ecclesia non curantes, nec aduertentes scripturam sacram. Deutero. xvii. Si difficile & ambiguum iudiciū apud te esse perspexeris, inter sanguinē & sanguinē, causam & causam, leprā & nō leprā, & iudiciū ītra partes tuas uideris uariare uerba. Surge, & ascende ad locum quem elegerit dñs Deus tuus, ueniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicē qui fuerit illo tempore, quæ resq; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicii ueritatem, & facies, quod cūq; dixerint, qui p̄sunt loco quem elegit dñs, & docuerint te iuxta legem eius, sequeris sententiā eorum, nec declinabis ad dextrā uel sinistram. Qui autē superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cūctusq; populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Constat autē cuilibet fidei Romanā ecclesiā esse locum quē elegit dñs, ubi dñs ecclesiæ totius posuit principatum, in quo summus Sacerdos, qui p̄est loco, est Papa, uerus & manifestus successor Petri. Cardinales uero sacerdotes Leuitici gñis, qui dño Papæ in executione sacerdotalis officii sunt cōiuncti, ad quos in dubiis & difficultatibus, iuxta sententiā Dei, in materia catholica et ecclesiastica est recurrendū. Vnde Hiero. in epi. ad Papā ad idē loquitur dicēs. Hæc est fides Papa beatiss. quā in ecclesia catholica didicimus, quanq; semper tenuimus, in qua si quid minus perite, uel incaute aliquid positū est, emēdare cupim⁹ a te, qui Petri sedē tenes & fidē. Si autē hæc nra cōfessio Apostolat⁹ tui iudicio cōprobaē, quicūq; me culpāre uoluerit, se imperitū uel maleuolū, uel etiā nō catholicū, sed hæreticū cōprobabit. **B** **I**sta explicatio quo ad principia æstimo, q̄ p̄cipaliter effluxit de capite Stephani Paletz, in qua nitit̄ primo Papā & Cardinales contra partē sibi cōtrariā cōcitare, dū dicit. Quidā autē de Clero Boemix Papā & collegiū paruipēdentes, ad hoc cōsentire nolūt, ad hoc scilicet

DE ECCLESIA CAPVT XVI.

q̄ Papa sit caput Ro. ecclesia, & Cardinales corpus, & ueri & manifesti Vicarii Apostolorū, quo ad ista dictū est. De paruipensione tñ dico, q̄ quo ad eorū auaritiā, uanitatē, & mandata illicita, debet Papa cū Cardinalibus paruipēdi. Sic eū Saluator paruipēdit sal infatuatū, quod ad nihilū ualet, nisi ut cōculcet ab hoibus. Matth. v. & Lucā xiiii. addit. Neq̄ in sterquiliniū ualet. Et Iudā scarioth ad tñ paruipēdebat, q̄ diabolū ipsum uocauit Iohañ. vi. & filiū perditionis. Iohañ. xvi. Et Petrū uocauit, dū sibi fuit cōtrarius, Sathanam. Matth. xvi. Postea contra partē nostrā accumulāt plurima mēdacia ille Doctor. Primū mendaciū, q̄ solū scripturā sacrā in talibus materiis pro iudice habere uolum⁹. In quo dicto asserit, q̄ nec deū nec Apostolos, nec sanctos Doctores, nec uniuersalē ecclesiā habere uellemus pro iudice. Traxit autē istud mendaciū ex quadā collatione, quā fecimus inuicē, ubi dictū erat, q̄ scripturā pro suis dictis ostēderet, & ex illo q̄ ipsis aduersariis nolimus cōsentire. Hoc tñ debet scire Doctor, q̄ nec sibi, nec oib⁹ sibi adharētib⁹, uolum⁹ in fidei cōsentire materia, nō de q̄to se fundauerit in scriptura uel ratione, reuelationē autē ab eis nō exspecto, q̄ fiat eis, ut aliter q̄ scriptura docuit, sentiam⁹. Scđm mēdaciū, quod nra parti attribuit, est, q̄ scripturā sacrā scđm capita nra iterptamur, hoc ē, ut ipse p̄tēdit cū alijs Doctorib⁹, q̄ scđm nrm cōceptū erroneū, uel uolūtātē scripturā sacrā exponim⁹, in quo ipsonit nobis p̄sumptionē de itelligētia, & haresim, sed mēdaciter, quia nō intēdim⁹ cū Dei auxilio aliter scripturā exponere, quā Spūs sanct⁹ flagitat, & quā sancti Doctores exponūt, qb⁹ dedit S. Spūs itellectū. Et uellē q̄ ille doctor cū suis oib⁹ collegis ostēderet, quā scripturā nos male exponim⁹. Vñ magis est suspect⁹ de mēdacio, cū addit, & iterptari uolūt, q̄a si nō est cognitor cordiū, quō audet dicere, q̄ nos scripturā aliter uolum⁹ exponere q̄ debem⁹? Sed stomachat ex illo, q̄ ad suū libitū cū suo collega Stanislao nō stam⁹, q̄ se reputāt cū adharētib⁹ suis Doctorib⁹ in ecclesia sapientes. Et eo magis sunt suspecti de mendacio, q̄ nō sunt ausi ponere, q̄ nos interpretationem sanctorum Doctorum non curamus. Sed consummatum mendacium addunt, dicentes, nec aduertentes scripturam sacram Deuteron. xvii. Si difficile &c.

Pro isto debent scire isti doctores, p̄ aduertimus istam scripturā
 sacram, & concedimus eam esse uerum Dei uerbū, nostram senten-
 tiam, quod cōfirmat. Nam dicit sedulus scripturæ expositor Nico-
 laus de Lyra super allegato textu. Sententia nullius hoīs cuiuscūq;
 sit auctoritatis tenenda est, si cōtineat manifeste falsitatem seu er-
 rorem, & hoc patet per hoc quod promittit in textu, Iudicabunt ti-
 bi iudicii ueritatē, Post subdit, & docuerunt te iuxta legem eius. Ex
 quo patet, q̄ si dicant falsum uel declinent a lege dei manifeste, nō
 sunt audiendi. Hæc Lyra. Ad cuius confirmationem accedit id uer-
 bum Dñi Exo. xxiii. Non sequeris turbam ad faciendū malum, nec
 in iudicio plurimorū acquiesces, ut a uero deuias. Super quo ipse
 Lyra dicit, q̄ in hebræo habet. Non declinabis post Rabim. i. Ma-
 gistros uel magnos ad peccandum. Et infra. Quia sicut non est de-
 clinandum a ueritate propter maiorem partem iudicantiū ibi de-
 clinantem, ita declinandum non est propter illos, qui sunt maioris
 auctoritatis in iudicando. Hæc Lyra. Ecce isti expositori quo ad
 istam sententiam plus confido q̄ oibus p̄fatis Doctoribus. Nā ipse
 pertinēter ex scriptura elicit Primo, q̄ nullius hoīs sentētia, cuius-
 cunq; sit auctoritatis, & sic nec Papæ est tenenda, si contineat ma-
 nifeste falsitatem uel errorē. Pro certo uideſ mihi, q̄ istud sanctū
 dictum Paletz cum Stanislao præ timore Papæ & cardinalium nō
 auderent publice confiteri. Secundo elicit, q̄ lex Dei est mensura,
 iuxta quam & non aliter debent singuli iudices, & p̄sertim ecclesia
 stici iudicare. Nam illa ostēdit, q̄ debeat accipi ueritas, unde dicit,
 quod patet per hoc Iudicabūt tibi iudicii ueritatem. & post sequi-
 tur, & docuerunt te iuxta legem eius. O Doctores, cur hāc scripturā
 nō tenetis? quæ situm est a uobis, & petitum propter deum publice
 in conuocatione uniuersitatis, ut iudicaretis ueritatem secundum
 legem Dei, an Bulla de erectiōe crucis, obligat de bonis a Deo col-
 latis uniuersitatis scholares, dare subsidia Papæ contra Ladislaum
 & cōtra suos complices sub p̄cepto. Et respondetis, q̄ nō uultis eos
 informare, nec Bullas Papæ iudicare uel inter p̄tari. Sed in angulis
 scripsistis aliter, & p̄sertim audiui Paletz dicētem de articulis, qui
 erant sibi p̄sentati a legatis Papæ, q̄ continerent manifestos erro-

Obedire
 prelato
 C

D

res, manu palpabiles, qui tñ articuli erāt de Bulla extracti, & ab ipis legatis tñq̄ primis Cōmissariis auctoritate ipsius Papæ ad promulgandum ipis p̄dicatoribus p̄sentati. Vnde ut audiui p̄dicator Magister Briccius in collegio eorū Magistris dixerat, q̄ potius uellet mori q̄ eos pronunciare, sed retrocedente Paletz cum aliis, Bricci⁹ retrocessit, terruerāt enī eos dñi regis literæ, quas Legati in subsidiū habuerunt. Tertio elicit Lyra ex p̄dicta scriptura dñi. Quod si iudices dicant falsum, uel declinent a lege Dei manifeste, nō sunt audiendi, quia dicit Deus, ut adduxi. Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorū acquiesces sententiæ, ut a uero deuias. Quomodo ergo nos contra istud mandatū dei sanctissimum, debuimus sequi turbam, quā Doctores congregati duxerunt ad pretorium, ut quos non possunt scriptura uel rōne uincere, opprimerent terrore. Pontifices, scribæ, & pharisei non audebāt introire in p̄torium accusantes IESVM, ut non contaminarē. Isti autē lætanter congregatis scribis & phariseis & senioribus populi, introierunt, & unus ex illis qui Paletz dicit, oībus audientibus legit. Si difficile, & infra. Qui autē superbierit nolens obedire decreto iudicis, morietur hō ille. Iste nō timuit irregularitatē incidere, si fuisset cum Iudæis in accusatione Christi, forte dixisset. Sanguis eius super nos & super filios nostros, quia nos legem habemus, & secundum legē debet mori. Vnde nō excusat Pilatus, quia audiuit summum Pōtificē cum Magistratibus, Scribis & senioribus populi, quia dicit Deus. Nō sequeris tur. ad fac. ma. &c. Vbi Lyra in hebræo dicit. Nō declinabis post Rabim .i. Magistros uel magnos ad peccandum, quales magni & magistri fuerunt in p̄torio, multa cōdemnantes & statuentes, q̄ usq̄ hodie nō ostenderunt pro suo libito fore cōdemnanda. Et iuxta intentionem Doctorū in scriptura allegata, possent aliqui iudaizare dicētes, q̄ Caiphæ summi sacerdotis uel Annæ imperio, qm̄ in loco sancto quem elegit Dñs tunc p̄fuit, & decreto Pilati iudicis Christus IESVS iuste fuisset cōdemnatus, cōtra illud Act. x. ubi dicit Paulus Apostolus. Qui habitabant Ierusalem, & principes eius hunc ignorantes, & uoces prophetarū, q̄ per omne Sabbatū legunt, iudicantes impleuerunt, & nullam causam

mortis inuenientes in eo, petierunt a Pilato, ut interficerent eū, & patet, q̄ in condemnatione Christi affuit summus sacerdos, affuerunt sacerdotes Leuitici ḡnis, in loco quē elegit dñs, affuit & iudex Pilatus, quibus nō uoluit in malo obedire Christus I E S V S, quā uis obediuit Deo patri & Pilato, mortē humiliter suscipiens. Nunquid ergo iuste summus Pōtifex cū sacerdotibus Leuitici generis, cū magistratibus & senioribus populi, cum Pilato & militib⁹, etiā cum turba acclamante, Crucifige crucifige eū, Christū dñm cōdemnarunt? Re uera, quia nō charitas, sed, odiū. non ueritas, sed mēdaciū ipsos impulit, & ignorantia legis Dei eos seduxit, ideo grauius errauerunt. Et par seductio in Papa cū Cardinalibus potest cōtingere, etiam adiunctis nostris Doctoribus, ut condemnent aliquam ueritatem. Si enī electi a Christo Apostoli, qui Spiritū sanctum acceperant, hærēsim secundū beatos Augustinū & Bedā inciderant, quo Papa cum Cardinalibus acceperūt maiores primitias spiritus, ut nō possint taliter uel amplius oberrare. Nec dubiū, quin Papæ & Cardinalibus est obediendū, dum docuerint ueritatē iuxta legem dei, ut dicit autoritas, Iudicabunt tibi iudicii ueritatem, & facies quodcunq; dixerint, & docuerint te iuxta legem eius. Si autē Rabi. i. Magistri uel magni, ut dicit Lyra, sunt Papæ uel Cardinales, p̄ceperint uel docuerint aliquid p̄ter ueritatē, etiā cū tota Curia Romana, nō est fideli parendū, dum cognouerit ueritatē. Nam dicit Deus. Non sequeris tur. ad fa. malū &c. Fecerunt istam practicā Daniel, Nicodemus & Iatro pendens in cruce, qui turbis in condemnatione ueritatis noluerunt, ut Scriptura loquit̄, consentire. Nā Daniel, nequā psbyterorum filiorū Israel, sententiā cōdemnauit, liberando Susannam, & diiudicando seniores Presbyteros, a quibus egressa est iniquitas. Daniel. xiii. Nicodemus in cōcilio Pontificū & pharisæorum, dum miserant ministros ut I E S V M adducerēt, uolentes morti tradere, & dum dicerent ad ministros. Nunquid & uos seducti estis? nunquid aliquis ex principibus credidit in eū aut ex Pharisæis, sed turba hæc q̄ legem nō nouit maledicti sunt, dixit Nicodemus ad eos. Nunquid lex nostra iudicat hoīem? non audiet ab ipso priusq̄ faciat. O benedictē Nicodeme, dedisti tantā uim

Errare
potest
papa

legi Dei, perhibuisti testimonium legi, q̄ sit iudex hominis. Ecce Lex est
 Doctores nostri in dictis suis pro inconuenienti iudicāt, q̄ nostra iudex
 pars uult habere legem iudicem, q̄ iudex iustissime iudicat, qui nō
 aliter iudicat q̄ Deus iustissimus iudex. Tu dicis. Nunquid lex no
 stra iudicat hominem, nisi audierit ab ipso priusquā faciat, quasi
 diceret, non, quia iuste iudicat. Ad illum iudicem remisit Christ⁹
 Pontifices, Pharisaos, Scribas, & Iudæos, qui imponebant Christo
 peccatum, quia Sabbatum non custodiret, & patrem suum diceret
 Deum dicens. Scrutamini scripturas, illæ sunt quæ testimoniū per
 hibet de me. Ioan̄. v. Voluit ne ergo Christus. ut scriptura diiudica
 ret Iudæos non credentes in Christū? certe uoluit, qualiter ergo uo
 luit Doctores, ut scriptura nō sit iudex, uoluit ut ipsis credat, quicquid
 ipsi condemnant, hoc sit condemnatum, & quicquid approbant, q̄
 sit approbatum, hoc enim quæsierunt & petierunt in pratorio, ad
 hoc petebant subscriptiones a magistris, qui contradicerent. Sed
 dissipatum est consilium Pharisaorum, & Scribarum, & Pōtificū,
 quia fideles cōtradixerant, nolentes consentire, nisi audierint pro
 bationem ex lege, quæ omnem implicat credibilē ueritatem. Hæc
 Pōtificates & pharisei, sacerdotes & seniores populi si cognouissent,
 non Christum condemnassent, sed condemnauerunt & blasphemarunt.
 Doctior illis fuit latro, qui pendens in cruce testimonium
 perhibuit Christo, dicens, Hic nihil mali gessit, Luca xxiii. Et quā
 tum ad principalem, ut æstimo, intentionem Doctorum, qua intē
 dunt, q̄ Papa debet esse iudex omnium causarum, & qui non obe
 dit illi, deberet mori morte corporis, deberent uerecundari do
 ctores de sua simiali & crudeli similitudine, specialiter cum Chri
 stus IESVS Dominus noster, utriusq̄ testamenti Pontifex, nec
 uoluit ciuilitate iudicare, nec inobedientem morte corporis con
 demnare. Nam quo ad primum dixit Lucae duodecimo capitu
 lo. O homo, quid me constituis iudicem, aut diuiforem super uos.
 Et quo ad secundum dixit mulieri adulteræ, quam Pharisei di
 cebant ream mortis secundum legem Iohannis octauo capite. G
 Nec ego te condemnabo, uade, iam amplius noli peccare.

Sed quia forte diceres a Doctoribus, istud nõ est ad propositum, quia lex dicit. Qui superbiert nolens obedire sacerdotis imperio. Ecce dabo casum in forma. Nam Matth. xviii. dicit Christ⁹. Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solũ, si te audierit, lucratus es fratrem tuũ. Si aut te non audierit, adhibe tecum unũ uel duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Quod si nõ audierit eos, dic ecclesia, si aut ecclesia nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Ecce, cui dixit summ⁹ Dñs legis & p̄tífex, certe Petro futuro post se Pontífice Romano, q̄ erratẽ per se pie corrigeret, inobediẽtẽ coram testibus argueret, & perdurantem in inobediẽtia, ecclesia, hoc est multitudini publicaret, & pertinacem, nõ obediẽtem ecclesia, nõ corporaliter occideret, sed tanq̄ publicum publicanũ & ethnicũ deuitaret. Quis ergo color arguendi a simili, in uetere lege debebat inobediẽs sic occidi, & in lege gratia, unde decepti erant discipuli Christi per illam argutiam similitudinis. Nam cum more Helia propheta uoluisse Samaritanos, qui Christũ nolabant recipere, igne calesi cõsumere, dicentes, Dñe uis dicim⁹ ut ignis descẽdat de calo, & cõsumat illos. P̄tífex piissimus & magister optimus redarguit eos, nam sequit, & cõuersus increpabat illos, dicens. Nescitis cuius spiritus estis? filiũs hoĩs nõ uenit animas perdere, sed saluare. Luca ix.

H Istud pium euangeliũ Doctores nõ aduerterunt, ideo adiunxerunt suis dictis hoc sanguinolentũ corollarium, dicentes. Si quis de clero in p̄missis aut aliquo p̄missorum, reperiret in Boemia cõtrarius, talis per censuram ecclesiasticã est emendandus, q̄ si corrigi nõ luerit, seculari iudicio est tradendus. Pro certo sequunt in hoc pontífices, scribas & Pharisæos, qui Christũ nõ uolentem eis obedire i oĩbus, dicentes. Nobis nõ licet interficere quenq̄, seculari iudicio trachiderunt. Nũquid nõ sunt homicidæ? uere grauiores sunt q̄ Pilatus, testat Saluator dicens Pilato. Qui me tradidit tibi, mai⁹ peccatum habet. Ipsi em sunt quibus dixit Petrus Act. iii. Vos sanctũ & iustum negastis, & petistis uirũ homicidam donari uobis, auctorem uero uitæ interfecistis. Tunc addunt Doctores dicentes. Constat aut cuilibet fidei Romanã ecclesiã esse locum quẽ elegit dñs,

ubi Dñs posuit ecclesiæ totius principatum, in qua summus Sacerdos, qui p̄est loco, est Papa, uerus & manifestus successor Petri, Cardinales uero sacerdotes Leuitici gñis. In isto dicto multa Doctores accumulunt, q̄ non probant, qm̄ eñ probabunt, quod constat cuilibet fidei de illo eorum toto prodio, cum multi ex sibi dubio sint fideles, qui nihil sciunt de Roma, de Papa, de Cardinalibus, & p̄sertim q̄ Papa sit uerus successor Petri, & Cardinales sacerdotes Leuitici gñis. Vocant aut̄ isti Doctores Romanam ecclesiã locum forte illum, de quo Saluator Matth. xxiiii. prophetauit dicens. Cum uideritis abhominatiõem desolationis stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Vel eñ Doctores ecclesiam Romanã uocant, locum basilicam S. Petri, uel dignitatem Apostolicã, illis eñ duobus modis potest ibi locus accipi, in quo Dñs totius ecclesiæ posuit principatum, quia ibi uoluit pati principaliter apostolos Petrum & Paulũ, qui sunt principes spirituales constituti, secundũ p̄dicta, super oẽm terram, in quibus post Christum principaliter cõsistit ecclesiæ spiritualis principatus, in qua ecclesia, non iste Papa, sed Christus est summus sacerdos, qui p̄est loco .i. Basilica, uel dignitati Apostolica, & regit ecclesiã sponsam suam. Quod si in Papa conspicit uita I Christo contraria, in superbia, in auaritia, in impatientia, in ambitione, in extollentia potestatis, in p̄ponderantia legis suæ, supra legem Christi. Tunc uidet̄ abhominatio desolationis uirtutũ Christi stare in loco sancto, in quo nõ debet stare, ut dicit Christ⁹ Matth. xiiii. Vnde si fideles animæ uiderent utrobique statum spirituale ecclesiæ, quomodo solebat in ea p̄sistere unus paterfamilias, qui graciose acceptaret inuitando, pasceret refouendo, atq; defenderet ad iuuando, quoscũq; suos domesticos. Modo aut̄ in eadem domo inueniret p̄sistere unũ oĩno conditionis oppositæ. Non mirum, si pluri defolent̄, ut si itinerans uolebat hospitari cum uero paterfamilias magnificæ largitatis, pietatis, tractabilitatis, & omnino uirtuosæ cõuersationis, & post inueniat mōstruosam beluam, q̄ in hospites famelicæ, subdole, crudeliter, arroganter & proditorie tyrannizet itinerans intrans in domum, uidendo talem sedere in cathedra pii paterfamilias, miraret̄, turbaret̄, & defolaret̄ nõ modicum

in aspectu. Sic pōt concipi abhominatio desolationis iuxta illud Zachar. xi. Adhuc fume tibi uasa pastoris stulti, quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelictū non uisitabit, & dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet & carnes pinguium comedet, & ungulas eorū dissoluēt, o pastor & idolum derelinquens gregem. Si ergo fuerit in Papa ista descriptio idoli, & derelictio gregis, quō poterit uerificari de quolibet papa dictum Doctorū in futurū, q̄ sit summus sacerdos, uerus & manifestus successor Petri, p̄sident ecclesiæ sponsæ Christi? Nō em̄ se quis, ille est idolum derelinquens gregem, ergo ille est summus sacerdos uerus & manifestus successor Petri. Sicut non sequit̄, ille est Christi Matth. xxiiii. Tunc si quis dixerit uobis. Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere, surgēt em̄ Pseudochristi & Pseudoprophetæ. Cauere ergo debent fideles, ne ex adulatione Pseudochristū uocent sanctissimum, & idolum, sacerdotem summum, & uerū successorem Petri Apostoli. Nam sic uocantes patrem sanctissimum, & sacerdotem summum p̄sidentem Romanæ ecclesiæ, Agnetem quæ peperit realiter, sunt decepti. Tunc ad beati Hieronymi dictum, Hæc est fides papæ beatiss. quod probat̄ xxiiii. q. i. dicitur, q̄ reputatiue locutus est, ex operibus apostolicis Damasi papæ, sicut scripsit B. Augustinō in epistolis dicens. Dño uere sancto & beatiss. papæ Augustino. Sicut etiam sancti reputatiue loquunt̄ de Prælat̄is, q̄n uident eos declinantes a Christi uestigiis, dicentes, q̄ sunt damnandi per membra diaboli. Sed ue illis, qui uidentes in papa opera Christo directe contraria, uocant ipsum patrē sanctissimū. Nā Esaiæ v. dicit̄. Ve, qui dicitis malū bonū, tales em̄ per mendacē suā adulationē, & se ipsos, & illū decipiunt. Nam dicit̄ Esaiæ iii. Popule meus, qui beatū te dicunt, ipsi te decipiunt, & uiam gressuū tuorum dissipant, stat ad iudicandū dñs. Si em̄ docti lege, audacter dicerēt ueritatem Papæ & Cardinalibus, & non palparēt eos propter timorem, uel propter promotionē ad beneficia, forte aliq̄n se cognoscerent, & non se permitterent ut deos uenerari. Sed quia utraq̄ pars peccat in isto, prima hypocritice gaudens de honorificentia & bea

K

tificatione, & ista mendaciter titillans adulatione, ideo necessario utraq; pars precipitabitur. Nam dicit Esaia nono. Et erunt, qui beatificentur, & qui beatificantur, precipitati. Et qui sunt illi ostendit immediate ante dicens Propheta. Disperdet dñs ab israel caput, & caudam incuruantem & refrenantem in die una, longauus & honorabilis ipse est caput, & propheta docens mendacium ipse est cauda. Ecce solus propheta exponit caput & caudam, notat ergo qui uult, quis uocat pater honorabilis & longauus, que uocant caput, & poterit probabiliter dici, quod omnis Papa a primo usque ad ultimum uiuens Christo contrarie, que uocauerunt uel uocabunt caput & patrem sanctissimum, est ille honorabilis & longauus, quia a longo tempore talis incepit secundum successionem. Cauda autem tegens adulatione, uel ficta expositione, uel excusatione, opera illius patris longauus, & propheta docens mendacium, est clerus doctus, docens, quod Papa nec est deus, nec est homo, sed deus mixtus, uel deus terrenus, docens, quod Papa potest mihi dare rem alienam, & tutus ero, quod Papa potest deponere unum Episcopum sine causa, quod potest dispensare contra Apostolum, contra iuramentum, contra uotum, contra ius naturale, & quod nemo habet sibi dicere, cur hoc facis? quia ipse potest licite dicere. Sic uolo sic iubeo, sit pro ratione uoluntas, & sic est impeccabilis, & quod non potest committere sy moniam, quia omnia sua sunt, ideo potest facere cum illis ut sibi placet, cum etiam potest mandare angelis, & saluare homines, uel damnare quos uult, & quod plus, potest incuruare tam Papam quam populum subditum, & ipsos qui se coram capite & honorabili mundialiter adulatorie flectendo incuruant genua. Nam Papam, populum, & se ipsos seducunt in deum, talia mendacia seminantes, & de illis ut uideatur probabiliter dixit Christus Matth. xxix. Surgent Pseudochristi & Pseudopropheta, & dabunt signa magna & prodigia, ita, ut in terrorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Redeundo autem ad propositum Beati Hieronymi dicitur, quod reputariue ex operibus bonis locutus est ad illum Papam, utrum autem habuit reuelationem Hieronymus de predestinatione huius Papae, & iusticia suorum operum, ignorat. De ista secundo. *q. B. Hieronymus loquit sic ad Papam, existens se*

curus de fide, quam scripsit, quia in illa epistola scripsit expresse cō-
 tenta in scriptura, & in symbolis ecclesie, sicut patere potest uolēti
 epistolam legere, & hinc dicit. Hęc est fides, quā in ecclesia catholi-
 ca didicimus, quanq; semper tenuimus. Et patet, quō intelligenda
 est conditionalis Hierony. q̄ si illa sua confessio confirmat illius
 Papę iudicio, quicumq; impugnare uoluerit, foret hęreticus, repu-
 tatiue em̄ nihil ex reuelatione, uel ex certitudine fidei quam expo-
 sult, ita dixit & asseruit, q̄ illa Papa non confirmaret nisi uerū, nec
 emendaret, quod in ecclesia diu per ante fuit bene tentum. Sed de
 mentis foret credere, q̄ hoc debet trahi in consequentiam de quo
 cūq; Romano Pontifice, quia certum est, q̄ multi eorum ratifica-
 runt errores & hęreses, quia fuerunt hęretici. Vnde dist. xxiii. In
 noīe dñi narrat textus, quō Papa conquerit q̄ crebris tursionibus
 Simoniacę hęresis sedes illa sapius est percussa. Ideo uolendo pro-
 uidere de remedio in futurum, decreuit, q̄ mortuo Papa, Cardina-
 les, religiosi, Clerici, Laici conueniant, ad eligēdum unū Papā ido-
 neum, de illius ecclesie gremio uel alterius, ubi magis fuerit ido-
 neus, saluo semper priuilegio Imperatoris Hęcici, quod in electio-
 ne Papę, habeat cum haredibus interesse, electus aut̄ tanq̄ uerus
 Papa, habebit ante consecrationem suā, instar B. Gregorii, potesta-
 tem disponendi de bonis ecclesie, & quęcunq;, qui hunc ordinē im-
 pedierit, anathematizat tanq̄ pessimum Antichristū. Vbi dicit glo-
 sa Ordinaria dicit, q̄ hic tangit̄ latenter, quod legiē in Chronicis,
 quō Benedictus qui successit Stephano, eiectus est de Pontificatu,
 & Ioannes Salunensis Epūs, factus est Papa pro pecunia, cui impo-
 situm est nomen Syluester, sed inde deiectus, & restitutus Benedi-
 ctus, qui iterum est eiectus, & datus est papatus Ioanni Archipsy-
 tero ante portam latinam, cui impositum est nomen Gregorio, &
 hic ab Henrico Imperatore est deiectus, & ultra montes translat⁹,
 & hoc totū uno anno factum est. Et propter hoc datū fuit hoc pri-
 uilegium Henrico. Hęc glosa Decreti. Et ut colligat̄ ex Chronicis
 Martini & Cestrensis & Rodolfi, anno Dñi CCCC. XX. p̄sidebat ī
 Roma Bonifacius Papa, & cōtra hunc ordinato Eulalio, ac p̄ hoc
 dissidente ecclesia, ambo iussu Honorii Augusti urbem egrediunt̄,

M

Primo

& sic reprobato Eulalio, iussu Augusti Bonifacius qui prior ordinatus fuerat sedi Apostolicæ restituitur. Secundo, anno domini Secūdo CCCC. XCIII. contra Simachum Papam ordinat Laurentius per contentionem. Tertio, anno dñi DCC. LXVIII. Constantino papa III schismatico oculis priuato, Stephanus Papa constituit, hic synodum Romæ congregat, & ordinatos a Cōstantino schismatico reordinat. Quarto, anno dñi DCCC. LXXIII. aduersus Benedictū IIII. papæ Anastasius p̄sulatū inuadit. Quinto, anno dñi DCCCC. VII V. p̄sident Leo papa, contra quem Christophorus surgit. Sexto, anno VI. dñi DCCCC. LXVIII. collecta a tota Italia episcoporum synodo, Iōannes papa de nefariis causis infamat, quia dum se excusaturū uenire cunctat, Leo adhuc Laicus electione oīm, & consensu Imperatoris Papa constituit, sic Leo fecit ordinationes, & alia, q̄ erant Apostolica. Nec longum, Romani, alterata fide apud Imperatorē, papam recipiunt Iohannē. Ille autē synodo collecta Leonem deposuit, & ei⁹ gesta cassauit, statutumq; est a Leone synodū, non nominanda synodus, sed Prostibulum, fauens adulteris. Quicumq; igit̄ eo ordināte erant, damnati, iussi sunt suam ipsorum p̄scriptionem p̄sentare in charta, hæc continente, Pater meus nihil habuit sibi, nihil mihi dedit. & sic depositi manserunt in illis gradibus, quos habuerant a Leone nondum ordinati. Iste Ioannes Papa cum uxore cuiusdā oblectās, a Diabolo in tempore coitus percutit, & sine uiatico dñi obiit. Septimo, contigit Romanos cōtra iuramentum, quod imperatores fecerant, scilicet, q̄ nunq̄ eligerent Papam sine eius & sine filii eius Ottonis consensu, Benedictū papā cōstituunt, sed imperator Roma oblectās, adeo Romanos afflixit, ut Leonē papā se recepturos promitterent, & sic Benedictus restituit. Octauo, anno VIII. dñi M. XLVII. Benedictus qui symoniace papatum inuaserat, cū esset rudis literarū, alterum ad uices ecclesiastici officii exequēdas secum papam Syluestrum consecrari fecit, quod cum multis non placeret, tertius superinducit Gregorius, qui solus duorū uices impleret. Nono, anno dñi M. XLVI. Romæ uno contra duos, & duobus contra unum de papatu altercātibus, rex Henricus cōtra eos Romam uadit, & eis depositis Clemens p̄sident, & ab eo Henri-

I O H A N N I S H V S S I T E D E

cus in imperatorem benedicitur, iurantibus Romanis se sine eius cōsensu nunquā Papam electuros, tunc enim practicata fuit lex, iij. Reg. ii. Quod instar Salomōis rex in casu debet deponere Pōtificem. Tunc etiam rex accepit ab eo Henricus humiliter benedictionem, & tunc post facta est confirmatio, sine qua non fit ali⁹ imperator, sed q̄ hoc ad legem dei necessarium, & habere, q̄ ante inductionem Cardinalium Papa fuit electus a populo Romano.

X. Decimo, anno dñi. M. lxxviii. Romæ duobus de papatu contententibus, Alexander cum suam purgasset innocentia de Simonia recipit, Cadalus Parmensis epūs reprobaf. Vnde dictum est. Cadalus in parma per me fuit arcus & arma Cadalus occubuit, Parma

XI. ruina fuit. Vnde decimo, anno M. lxxxiii. Henricus urbem Romā infregit, & Vibertū in sede Apostolica cōstituit, Hildebrādus uero

XII. Beneuentū adiit, ubi usq; ad obitum suum mansit. Duodecimo, anno dñi M. lxxxvii. Desyderius qui & Victor, Papa contra Cle-

XIII. mentē est factus. Decimo tertio, anno dñi M. xc. serf fuisse duos qui dicebant Romani pōtifices, a se inuicem discordantes & ecclesiam dei inter se diuisam trahentes. Urbanus, qui primū fuerat episcopus Hostien. & Clemens qui Vibertus archiepiscopus Rauēn.

XIII. Decimoquarto, anno dñi M. C. xxx. Innocentio papa regente intrusus est Petrus Leonis, & dictus est Anacletus, & innocētius trāsiuit in Franciā, unde dicit, Romā Petrus habet, totū gregis orbē.

XV. Decimoquinto, anno dñi M. C. lxxix. rexit Albertus papa, contra quem Octauianus intrudif, sed in schismate morif, & sic Guido Cremensis, sed Ioannes intrusus reconciliaf. Itaq; infra quemcūq; centenarium annorū a tēpore dotationis ecclesie facta est notāda cōtentio inter Papas, & nostris temporibus inchoata fuit disceptatio inter Urbanum sextū, qui Romæ resedit, & Robertū Gilbonensem, qui in Auione sedē tenuit, & durauit inter successores disceptatio usq; ad annum dñi M. CCCC. ix. quo anno in Cōcilio Pisano condemnatis duobus tanq; hæreticis, puta Gregorio & Benedicto, Alexander de ordine Minorū in papam eligif, & ipso mortuo tres cōtendentes, remanserunt Ioannes Papa xxiii. Gregorius in Sicilia & Benedictus in Hispania. Vnde autem ista diabolica contentio

originaliter, a causa mouente potest cæcus palpare, quia a dotatione, & hinc beatus Hieronymus scripsit in uitis Patrum. Ecclesia ex quo creuit in possessionibus, decreuit in uirtutibus, & patet probabilitas Chronica, quam narrat Cestrensis libro iiii. capite lxxxvi. Quomodo tempore dotationis ecclesie audita est angelica uox in aere, quod hodie effusum est uenenum in ecclesia sancta Dei. Nam quomodo cum fuerit, hoc est uerum, siue angelus bonus uocem derit, siue diabolus, quia certum est, quod oportet daemones, qui latantur cum malefecerint, ministrare Deo, & esse nuncios ueritatis, & decet Deum per mammonam iniquitatis preconisare plæbi periculum. Ex his potest fidelis concipere, si eo facto quo quis Papa nominatur, est summus Pontifex ecclesie, pater beatissimus, & in fide super oes Christicolas doctissimus, atque caput ecclesie sancte Dei.

CAPVT XVII

VLTERIVS pro principali, quo omnia dicta sua credunt fore esse necessaria, uel uera, ponunt prædicti Doctores. Quod se **A** di Apostolica Romana ecclesia, & Prælati est obediendum per inferiores in omnibus quibuscumque, ubi non prohibetur purum bonum, uel præcipitur purum malum, sed medium, quod pro modo, loco, tempore, uel persona potest & bonum esse & malum, iuxta sententiam Saluatoris Matth. xxiii. Omnia quaecumque dixerint uobis seruate & facite. & addunt, & secundum Bernhardum in epistola ad Adam Monachum sic incipiente. Si maneres in charitate &c. lex posita est obedientie tanquam in ligno scientie boni & mali, quod erat in medio Paradisi. In his profecto fas non est, nostrum sensum sententie præscribere Magistrorum, in his omnino Prælatorum nec iussio, nec prohibitio est contemnenda. Et addunt. Quidam autem de Clero in regno Boemie nolunt consentire, conantes, quantum in eis est, inducere fidelem populum ad inobedientiam respectu Prælatorum, & ad irreuerentiam erga papalem, episcopalem, sacerdotalem, & clericalem dignitates, non considerantes illud Beati Augustini sermone lxxxvi. in hæc uerba dicentis.

Si ieiunaueris diebus, ac noctibus orōnem feceris, si in sacco fueris, uel in cinere, si nil aliud feceris, nisi quod p̄ceptum est tibi in lege, & tibi ipsi fueris sapiens, & obediens patri nō fueris, intellige nō patri corporali, sed spiritali, oēs uirtutes perdidisti, unde obedientia plus ualeat q̄ oēs ceteræ uirtutes morales. Hac ille. In cōbinatiōe su praedictorū Doctores miscēt ueris falsis, adulationē & terrorē, hac tam implicanf in his uerbis. Quidam autē de Clero, ibi notantes nostram partem, nolunt consentire, conātes quantum in eis est inducere fidelem populum ad inobedientiam, Ecce falsum mendaciū, quo innuunt nos fore populi seductores, cum nostræ partis non est intentio seducere populū a uera obedientia, sed q̄ populus sit un⁹ a lege Christi cōcorditer regulatus. Secūdo, intentio nostræ partis est, q̄ cōstitutiones Antichristiana nō infatuent aut diuidant populum a Christo, sed q̄ regnet sincere lex Christi, cum cōsuetudie populi ex lege dñi approbata. Et tertio, intentio nostræ partis est, q̄ Clerus uiuat sincere secundum euangelium IESV Christi, p̄ opa, auaritia, & luxuria postergatis. Et quarto optat & p̄dicat nostra pars, q̄ militans ecclesia sincere secundum partes quas ordinauit Dñs, sit cōmixta, scilicet ex sacerdotibus Christi, pure legem suam seruantibus, ex mūdo nobilibus ad obseruantia ordinationis Christi cōpellentibus, & ex uulgaribus utriq̄ istarum partium secundū legem Christi ministrantibus, donent ergo doctores istam iniuriā nostræ parti. Adulatio autē Prælatis quā exhibent, & terror, quo nostram partem terrent, implicanf in his uerbis, conantes inducere si delem Papam ad inobedientia respectu Prælatorū, & ad irreuerentia erga papalem, episcopalem, sacerdotalē & clericalem dignitates. Benedictus sit Christus IESVS, q̄ non sunt ausi ponere, uel quia obliuati sunt nouis imponere calumnia, de inobedientia IESV Christi, cui seruire regnare est, & cuius obedientia tantū p̄ualet, q̄ nulli ualeat obedire, nisi de quanto sonuerit inobedientia. Dei nr̄i.

C Vnde pro illo dicto Doctorum sedi Apostolicæ Ro. ecclesia, & Prælatis est obediendum per inferiores in oībus &c. De obedientia est *dicen sum*. Notandū ergo q̄ Obedientia primo capis analogice, siue ualde generaliter, ut est creaturæ cuiuscunq̄ obsequiū, re-

peſtu uoluntatis diuina, cui oēs creaturæ obediunt, uel ſine repugnantia, ut lapis obedit deſcendendo, uel tendendo deorſum. ignis uero aſcendendo, & ſol illuminando, & ſic de aliis creaturis. Vel obedit cum repugnãtia, ut diabolus uel homo damnatus, quẽ oportet obedire in patiẽdo, quod debet. Et iſto mō loquũt Sãcti, dicẽtes q̄ cunãta creatori ſuo obediunt, ſolum homo peccator nõ obedit, hoc eſt non paret creatoris imperio, ſine repugnantia propriæ uoluntatis. Sed tunc obedientia prout eſt actus uirtutis uel uirtus, deſcribit ſic a quibusdam. Obedientia eſt ſubiectio propriæ uoluntatis ad arbitrium ſuperioris in licitis & honeſtis. Vel Obediẽtia eſt habitus exequendi p̄ceptum ſuperioris uoluntarie in licitis & honeſtis. Et prima deſcriptio daſ per actum, ſecunda uero per habitũ. Et ex illis deſcriptiõibus ſequit̄, q̄ nõ eſt obediẽtia in illicitis, & ſic obedientia ſonat in bonum, ſicut inobediẽtia ſonat in malum. Sed uideſ mihi primam deſcriptiõem deficere in hoc, q̄ obediẽtia eſt generalior q̄ ſubiectio, cum ipſa Deo cõueniat, & nõ ſubiectio. Deus em̄ obediuit uoci hoĩs. Nam Iofue x. dicit̄. Nõ fuit antea & poſt ea tam longa dies, obediẽte dño uoci hoĩs, & pagnante pro Iſrael, & tñ deus trinitas nõ fuit ſubiectus uel ſubditus homini ut minor. Nec oĩs obedientia eſt ad arbitrium ſuperioris, cum Chriſtus ut dicit̄ Lucae ii. fuit ſubditus ſuis parentibus. Et certum eſt, q̄ ſicut inter ceteros natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Sic Chriſtus infinitum fuit maior q̄ iofeph uel Maria. Cum ergo Chriſtus nihil ſecit, niſi ut debuit, patet, q̄ maior debet eſſe minori ſubditus ſiue obediens, quicquid em̄ fons religiõis docuerit ut principaliffimus, eſt tenendum. Vnde Chriſtus qui fuit duplicis naturæ, fuit dupliciter obediẽs, obediuit em̄ Deo patri per oĩa, ut minor patre ſecundum humanitatem, ipſe em̄ dixit, Pater maior me eſt. Io. hañ. xiiii. Secundo obediuit parentibus, ut eſt dictũ minoribus. Et fuit obediens etiam aliis, ab ipſis paſſionẽ uolenter ſuſtinens, & eſt obediens Chriſtianis ueris & ſanctis, egentiã eorum ſupplens, & uoluntatem implens. Et patet, q̄ nõ ſequit̄, ille obedit illi, ergo eſt minor illo. Similiter non ſequit̄, ille ſeruit illi, ergo eſt minor illo. Nã Chriſtus obedit alteri homini & ſeruiuit, unde Eſaia xliii. dicit. Ser

uire me fecisti in peccatis tuis, p̄buiſti mihi laborem in iniquitatibus, ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorū tuorū nō recordabor, reduc me in memoriā ut iudicemur ſimul. Et Matth. xx. dicit. Filius hoīs nō uenit miniſtrari, ſed miniſtrare, Et de ipſo Apoſtolus ad Philippeñ. ii. ait. Chriſtus exinaniuit ſe ipſum formam ſerui accipiens. Et Ioan̄. xiii. Lyntheo ſe p̄cinxit, miſit aquam in peluim, & lauit pedes diſcipulorū. Vnde ipſe nō mendaciter, ſed uere eſt epiſcopus, ſeruus ſeruatorum Dei, nō tantū Romanus, ſed generaliter oīm eccleſiarum, ipſe eſt ep̄s Pragēſis. Sed ſicut eſt ſeru⁹ uel miniſter, nō ab exactiōe ciuili, quia uita actiua exacta nō erat ſibi cōſona, ſicut eſt epiſcopus animarum, nō ſecularium diuitiarum ſiue poſſeſſionū, cum ipſe Ep̄s aſcendit duntaxat ſemel pullum aſinae, humilis & manſuetus, ut teſtaſ Zacha. ca. ix. Et Matth. viii. dicit. Vulpes foueas habēt, & uolucres caeli nidos, filius aut̄ hoīs nō habet ubi caput ſuum reclinet. Quare hoc cauſam reddit Apoſtolus ii. Corinth. viii. dicens. Scitis eū gratiā dñi noſtri I E S V Chriſti, qui propter nos egenus factus eſt, ut illius inopia diuites eſſemus. Secūda deſcriptio etiam deficit ex iam dictis quia dicit, q̄ Obedientia eſt habitus exequendi p̄ceptum ſuperioris, nō oīs eū obedientia eſt reſpectu ſuperioris cui obeditur, uel reſpectu p̄cepti. Nam aliqñ eſt reſpectu inferioris, ut dictum eſt. Et eſt etiam ad cōſilium, ut cum homo obedit cōſiliis Dei, ad quā non obligatur ſub p̄na peccati mortalis. Eſt etiam ad petitionem, ut ad petitionē Iofue obediuit Deus, p̄cipiendo ſoli ſtare ad Gabaon, & nō moueri ad occaſum. Iofue x. Vnde Hieronymus epiſt. cxiii. dicit. Sanctorum precibus nōnunq̄ Deus obedire uidetur. Et patet q̄ Obedientia aliquando eſt impletio p̄cepti, aliquando cōſilii, aliquando petitionis, quā nec eſt p̄ceptum, nec cōſilium. Et aliqñ eſt perſuaſionis, quō diabolus perſuaſit Chriſto Matth. iiii. ut ſecum iret ad ſanctam ciuitatem, & ad montem excelſum ualde, et Chriſtus uirtuoſiſſime ſibi in hoc conſenſit, & uolūtatem ei⁹

E impleuit. Et ſic iuxta iſtam diſtinctionem diceretur, q̄ Obedere eſt uoluntatem alterius uere implere, unde Obedientia ſemper dicit relationem unius ad alterum. Non ſic autem ceteræ uirtutes, ut

patet de continentia & de temperantia. Ex his colligitur, q̄ triplex est Obediētia, sicut & humilitas, maioris ad minorē, hęc est maxima, æqualis ad æqualem, hęc est media, minoris ad maiorem, hęc est infima, & isti conuenit illa prima descriptio Obedientia est subiectio propriæ uoluntatis ad arbitrium superioris, & in licitis, & in honestis. Et p̄t etiã sic describi. Obediētia est actus uoluntatis creaturæ rationalis, quo uoluntarie & discrete submittit se suo Præposito, & sonat in bonum, sicut inobedire in malum, utrunq̄ tamen dicit rationalem creaturam pro subiectione. Et secundo dicit pro fundamento actionem, passionem, silentium, uel aliud huiusmodi super quo cadit præceptio. Vnde sicut omne peccatum est inobediētia, uel ipsum cõcomitans, omnis enim uirtuosus obedit deo, sic omnis peccator est inobediens. Est autem Obedientia in ratiõe & uoluntate. In ratione, quæ discernit in certis esse obediendum. & in uoluntate, quæ consentit præcipienti. Effectus autem eius sũt in ceteris potētis, & exterius in effectu. Et quia inueniũt in scriptura obediētia bona, & inobediētia mala, de bona patet, de mala Gen. iii. d̄i ad Adã. Pro eo q̄ obedisti uoci uxoris tuæ plus q̄ meæ, male dicta terra in opere tuo. Et Matth. xv. Quare uos transgredimini mādata dei propter traditiones uestras. Et Act. v. Oportet deo magis obedire q̄ hominibus. Vnde quodcumq̄ obeditur homini plus q̄ deo, sicut obediuit Adam Eua, tunc semper est mala obediētia. Vnde omnis male obediens, est deo inobediens, & sic stat, q̄ idem homo fit obediens & inobediens, respectu diuersorum præcipientium uel præceptorum. Et non sequitur. Sortes est inobediens igit Sortes non est obediens. Sed sequitur, q̄ Sortes nõ est obediens illi, respectu cuius est inobediens, uel respectu cui⁹ p̄cepti est inobediens. Et patet, q̄ obedire in sua cõmunitate est p̄cipientis uoluntatē implere, & hoc bene, ut dum homo uel spiritus creatus existēs in gratia, implet uoluntatē licitam p̄cipientis. Male, dum uel existens in crimine implet uoluntatem p̄cipientis circa datum p̄ceptum, ut cū existēs in luxuria ieiunat ex p̄cepto. uel secundo, qñ implet malū p̄ceptum cõtra Deum. Ex his patet, q̄ impossibile est creaturã rationalem esse uirtuosam moraliter, nisi sit obediens Deo suo.

Est adhuc sciendū, q̄ triplex est Obediētia secūdū S. Thomā ii. ii. q. ciiii. cap. v. scilicet Sufficiens, Perfecta & idiscreta. Sufficiens obediētia est illa q̄ in his tantū obedit, ad q̄ obligat de iure naturali, atq̄ positiois fines suos nō excedens, hęc est obedientia. Sufficiens est, qua quis obedit in his ad q̄ exp̄sse obligat, & patent exempla ex sacra scriptura. Nam filii parentibus tenent̄ obedire, secūdum illud Apostoli Colloseñ. iii. Filii obedite parentibus uestris per omnia. Quod intelligit̄ tū in his, q̄ pertinent ad disciplinam uitæ exteriorum curamq̄ domesticam, ut dicit Thomas ubi supra. Similiter serui Dñis tenent̄ obedire, secūdum illud Ap̄li, Obedite carnalib⁹ dñis per oīa. Et illud pri. Petri ii. Serui subditi estote in omni timore Dñis, nō tū bonis & modestis, sed etiam discolis, quod intelligēdum est in his tū, q̄ pertinent ad seruilia opera licite peragenda, ut dicit Thomas ubi supra. Vxores suis maritis tenent̄ obedire, secūdum illud Apostoli ubi supra, & Petri ibidem. Mulieres estote subditæ uiris in dño, quod intelligendū est de his tū q̄ pertinent ad maritalem exterius licitam cōuersatiōem. Similiter oēs Christiani potestatibus secularibus singuli in suis gradibus tenent̄ obedire, secūdum id Ap̄li Timoth. iii. Admone illos, principibus & potestatibus subiectos esse. Et Roma. xiii. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit &c. Vbi probat Apost. q̄ unusquisq̄ homo debet obedire sublimioribus tam in secularibus q̄ in spiritalibus, qm̄ ministri Dei sunt ordinati bonis ad tuitiōem, purgationem & laudem, malis uero ad correctiōem, punitiōem & uindictam, quia nō est potestas nisi a Deo, & qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Cōcordat Thomas ii. ii. q. xiiii. ca. vi. & oīs ista subiectio uel obediētia intelligit̄ in illis gradibus quibus iuste præ sunt, & cum iusta p̄cipiunt, & nō aliter. Cōcordat glosa Ordinaria super illo. Quæ aut̄ sunt a deo. Cōcordat Magister sententiarū ii. li. dist. ultima. Obedientia perfecta est illa qua obediētiarius totum suum uelle & nolle ponit in arbitrio sui Prælati ad faciēdū opera, dum tñ p̄ceptum non obuiat diuine uoluntati, uel sanctis morib⁹ uel uitæ necessitatibus, uel dum nō est impertinens p̄ceptis uel cōsiliis dñi IESV Christi. Et quia obedientia est circa p̄cepta & con-

Obedien
tia perfe
cta.

G

ECCLESIA CAPVT XVII.

filia. Ideo notanda est differentia inter p̄ceptum & consiliū euan-
 gelicum, prout ex opposito distinguunt. P̄ceptum em̄ est doctri-
 na dei generalis, omnem hoīem semper obligans sub p̄na pecca-
 ti mortalis, eo ipso quo unq̄ ab eo lapsus fuerit. Vnde beati qui p̄
 tempore uitae p̄uaricati sūt, pro eodem tempore peccauerūt mor-
 taliter. Sicut damnati ex p̄uaricatione continua, peccant cōtinue
 in inferno. Cōsiliū aut̄ est doctrina dei specialis, solum obligās
 sub p̄na uenialis, pro tempore huius uitae. Christus cōsuluit pau-
 pertatem Matth. xix. Si uis perfectus esse, uade & uēde oīa q̄ habes
 Secunda est obedientia p̄posito coactiuo, de qua Lucae ix. Si quis
 uult uenire post me, abneget se metipsum, tanq̄ discipulus charissi-
 mus. Nec reluctatio castitatis, de qua Matth. xix. Sunt Eunuchi q̄
 se castrauerunt propter regnum calorū. Nec effectualis retributio
 aduersantibus, de qua Matth. v. Benefacite his qui oderunt uos.
 Nec cōcutientium uiolenter humilis patientia, de qua Matth. v.
 Si quis te percusserit in dextram maxillā, p̄be ei & alteram. Nec su-
 pererogatio operū misericordiae, de qua Lucae vi. Omni petenti te
 tribue. Nec uerborū ac iuramenti cōp̄sentia, de qua Matth. xii.
 De omni uerbo ociofo quod locuti fuerint hoīes, reddent rōnem
 in die iudicii Matth. v. Dico uobis, oīno nō iurare. Nec occasio pec-
 cādi, de qua Matth. xyiii. Si oculus tuus uel pes tuus uel manus scā-
 dalizat te, erue eum & abscinde, & proiice abs te. Nec moderatio
 operationis, ne ex defectu simplicis intentionis incidamus in hypo-
 crisim, de qua Matth. v. Attendite uobis, ne iusticiā uestram facia-
 tis coram hominibus. Nec exemplans conformitas operis ad ser-
 monem, de qua Matth. xxiii. dicif, q̄ Pharisaei dicunt & non faciūt.
 Ideo cōsulit hypocrita, primo eiice trabem de oculo tuo Lucae vi.
 Nec secularis sollicitudo suffocans uerbum, de qua Matth. vi. Noli
 te solliciti esse dicentes, quid manducabimus &c. Nec fraterna cor-
 reptio, de qua Matth. xyiii. Si peccat frater tuus in te, uade corripe
 eum inter te, & ipsum solū. Oīa ista duodecim cōsimilia in forma
 sua primaria nō habebunt esse in effectū necessario, Sed in sensu &
 forma secundaria obseruabūt, sicut mandata aeterna, sed in uia sūt
 ad uitam saluberrima. Et utinā Clerici & spiritualiter religiosi ap-

P̄ceptū
quid est.

Cōsiliū
quid
Prima,
uolūtaria
pauper
tas.
Obedien
tia secun
da.
III.
III.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.

IOHANNIS HVSSITÆ DE

precipientes consilia hominum, & omnes alii innitentes humano consilio, ad ista consilia medici caelestis attenderent, quia indubie sunt a peccatis possibilibus preseruatua, a commissis purgatiua, & adeptae salutatis conseruatua. Ideo omnes uiantes obligantur ad ista consilia uel eorum aliqua ad inuicem sub poena peccati uenialis. Ad quod iudicandum erit discretus sibi ipse iudex optimus, quoniam uidendo ex defectu obseruantiae alicuius istorum incidit in peccatum, quod non facit cito, nisi ex contemptu diuini consilii. Et notandum, quod duodecimum consilium, scilicet correptio fraterna, quoniam est consilium ut quoniam est super uenialibus. quoniamque praecipuum, ut corripere de mortilibus. Et iste modus secundus ad omnes pertinet, & obligat semper, sed non ad semper, quia pro loco & tempore quando utilis uideatur esse correptio. Adhuc notandum, quod triplex est obedientia humana, scilicet Spiritualis, Secularis & ecclesiastica. Spiritualis, quae est pure secundum legem dei debita, sub qua uiixerunt Christus & Apostoli, & debent uiuere singuli Christiani. Obedientia secularis est obedientia debita secundum leges ciuiles. Obedientia ecclesiastica est obedientia secundum adinventiones sacerdotum ecclesiae praeter expressam auctoritatem scripturae. Prima obedientia semper excludit de se malum, tam ex parte precipientis quam ex parte obedientis. Qui enim iuxta legem Dei praecipit, & qui obedit, recte procedit. & quo tam ad praecipientem quam ad obedientiarium dicitur Deuteronomio. xxix. Facies quaecumque docue. te sacerdos. Leuitico iuxta quod praecipit eis. Vbi tangitur, quod praecipitor debet solum consona legi praecipere, & obedientarius de tanto debet illis obedire, & nunquam contra dei omnipotentis uoluntatem. Pro isto adduxi alibi Augustinum Gregorium, Hieronymum, Chrysostomum, Isidorum, Bernhardum Bedam cum scriptura sacra & Canonibus. Quae ut sum breuior praetermitto, solum Isidori dictum sit hoc xi. q. iii. Is qui praestat, si praeter uoluntatem dei, uel praeter quod in scripturis sanctis euidenter praecipitur, uel dicit aliquid, uel imperat, tanquam falsus Dei testis uel sacrilegus habeatur.

H
O
Ob
edi
en
tia
triple
x

C A P V T XVIII.

PRAENOTATIS iam aliquibus dictis de Obediētia, iam
 ad Doctorum dictū uolo regredi, in quo patet, q̄ Sedi Aposto **A**
 lica Romanae ecclesiae, & Pralatis est obediendum per inferio
 res in omnibus, quibuscunq̄, ubi nō prohibet purum bonum, uel p̄
 cipitur purum malum, sed medium &c. Vbi notandum est, de sede
 Apostolica, de qua multi & p̄sertim Canonistae multa p̄dicant, &
 quid sit sedes Apostolica ignorant. Nā quidā aestimant, q̄ sit sedes
 proprie lignea uel lapidea, in qua Papa solet corporaliter residere
 Alii q̄ sit curia Romana. Alii q̄ sit sedes sancti Petri in qua corpo
 raliter residebat. Alii q̄ sit Roma. Alii q̄ sit potestas Papae. Alii q̄
 sit ecclesia uel basilica S. Petri. Sed notandum est, q̄ Apostolica di
 citur ab apostolico, Apostolicus uero dicitur ab Apostolo, Apосто
 lus autem dicitur a Deo missus, q̄ autem deus misit dicit Saluator
 Iohannis tertio, Verba dei loquor. Vnde & discipulis ait Ioannis **B**
 uigesimo. Sicut misit me pater & ego mittam uos, scilicet ad testi
 monium ueritatis, ad praedicandum uerbum salutis, & ostendendū
 uita & doctrina populo uiam beatitudinis. Vnde quilibet sacerdos
 qui propriam gloriam non quaerit, sed honorem dei, profectum ec
 clesiae, & salutem populi, quiq̄ facit uoluntatem Dei, & detegit An
 tichristi uersutias, praedicans legem Christi, ille habet signa q̄ ostē
 dunt q̄ ipsum Deus misit. Vnde quo ad gloriam dicit Christus Io
 hañ. v. Claritatem ab hoibus non accipio. Et Iohañ. viii. Ego glo
 riam meam nō quaero. Quo ad secundū dicit Iohañ. vi. Ego ueni
 in noīe patris mei, et non accepistis me, si alius uenerit in noīe suo
 illū accipietis. De tertio dicit Iohañ. vi. Descēdi de caelo nō ut faciā
 uolūtatem meā, sed ei⁹ qui misit me uolūtate patris. Christ⁹ fecit, q̄
 p̄fectū ecclesiae q̄siuit & salutē populi. De quarto ait Iohañ. vii. Me
 mūd⁹ odit, quia testimoniū phibeo de illo, quia opa ei⁹ mala sūt.
 Et cōsumate Christus ostendit, q̄ a Deo sit missus, quia opera pa
 tris fecit. Vnde Iohañ. x. Si nō facio opera patris mei, nolite crede
 re mihi, Si autē facio, & si mihi non uultis credere, operibus credite.
 Et patet, q̄ sacerdotis sancta cōuersatio & fructuosus labor in Chri
 sti uerbo, ostendunt populo, q̄ sit a deo missus, quia opera patris fa
 cit. Nec debet aliter esse Papa, epūs, sacerdos, uel praedicator, nisi a

Missus

Deo sic mittat. & hinc dicit Apostolus Roma. x. Quomodo prædicabunt nisi mittant? Vnde B. August. in lxxv. quaestionibus Orosii sic loquitur, dum quarit Orosius. Quomodo possumus scire qui mittant a deo? August. Cognosce missum a deo, quem non paucorum hominum laudatio uel potius adulatio elegit, sed illum, quem & uita & mores optimi, & examinatio Apostolicorum sacerdotum, uel uniuersorum populorum iudicio probauit, qui non appetit præse, qui pecuniam non dat ut episcopatus honorem accipiat. Nam qui præse festinat, ut qui dam patrum eleganter expressit, sciat se non esse episcopum, qui præse desiderat, non prodesse. Hac August. Habito quod sit Apostolus communiter quod sit apostolicus habere potest. Nam apostolicus dicitur uiam apostoli custodit. Sicut ergo uerus Christianus dicitur, qui Christum in moribus imitat. Sic uerus apostolicus est sacerdos, qui doctrinam Apostolorum sequitur, uitam uiuens Apostoli, & doctrinam docens. Vnde quilibet Papa de quanto doctrinam Apostolorum docet, & opere exequitur, de tanto dicitur apostolicus. Sed si doctrinam Apostolorum postponit, docens contrarium uerbo uel opere, tunc dicitur uere Pseudoapostolicus, uel apostaticus. Vnde dist. lxxix. Si quis pecunia uel gratia humana, aut populari seu militari tumultu, sine concordia & canonica electione apostolica Sedi fuerit inthronizatus, non apostolicus, sed apostaticus habeatur. Cum igitur maior sit error in electione ad iua quam eligentes coacti sunt a diabolo eligere personam quam deus reprobabat, quod manifeste liquet ex opere & omissione spiritualis officii, quod sit Apostolus uita contrarius. Multo magis sequitur, quod talis non apostolicus sed apostaticus est habendus. Apostolica ergo sedes ex dictis potest dici uita sacerdotis custodit effectualiter uita Apostoli, sicut sedes Apostoli est uita apostoli. Vnde Chrysostomus omel. xxv. ait. Vniuscuiusque Apostoli illa uirtus est thronus, in qua perfectior ceteris fuerit. Christi autem omnes uirtutes quasi una est sedes, quia in omni uirtute æqualiter ille solus perfectus est. Ecce iste sanctus sentit bene, quod cuiuslibet Christi Apostoli uita singularis est eius sedes, in qua requieuit hic merendo, ratione cuius sedis residet iam in gloria IESU Christi, iuxta illud Matth. xix. Sedebitis & uos super sedes duodecim. Vbi secundum August. per sedes xii. intelligitur Apostolorum, & quorumcumque sanctorum pla-

torum p̄destinatorum locatio, q̄ cum sit in beatitudine, nō potest deficere uel destrui per tyrannos. Duodenarius aut̄, qui est numer⁹ uniuersit̄ atis, nō singulariter significat illos duodecim Apostolos, cum tunc Scarioth regnaret, & Paulus foret sibi subditus. Sedes uero Maieſtatis Christi, intelligit̄ aterni regni collocatio, a quo nō poterit remoueri. Et illa Sedes Christi, est eius sedes intrinseca. Sedes aut̄ eius extrinseca in qua quiescit, habitat uel residet per gratiam, sunt om̄es sancti. Sicut ec̄tra sedes Satanæ in quibus quiescit habitat uel residet, sunt om̄es iniqui. Vnde Apoca. ii. Angelo. i. Pergami ecclesie, similis filio hoīs, qui habet rōpheam ex utraq; parte acutam dixit. Scio ubi habitas, ubi est sedes Satanæ. Ibi dicit gloria intellige, id est in quibus requiescit Satanæ, & tenes nomen meū & nō negasti fidem meā apud uos ubi Satanæ habitat. Sed ad propositum principale, Sedes Apostolica est idem q̄ Moyſi cathedra, de qua Saluator Matth. xxiii. dicit. Supra cathedram Moyſi sederunt Scribæ & pharisæi. Cathedra autē Moyſi nō est Moyſes, nec alta sedes Moyſi lignea uel lapidea, ut iudicis p̄sidentis. Nec est Synagoga, sed Cathedra illa est autoritas docēdi & iudicandi populum. Et hoc ostendit̄ ex uerbis Christi cum dicit. Supra cathedram Moyſi. Et sequitur, quæ dicunt. i. docent ex autoritate & doctrina Moyſi, facite. Sedes ergo Apostolica est autoritas docēdi & iudicandi secundū legē Christi, quā docuerūt Apostoli, in qua debēt reſidere uiri sapientes & timentes dñm, ī qb⁹ ē ueritas, & qui odiunt auaritiā. Sic enī Exo. xviii. cū dixit Moyſes ad cognatū suū Ietro. Venit ad me populus quærens sententiam Dei, cunq; acciderit eis aliqua disceptatio, ueniunt ad me ut iudicem inter eos, & ostēdam p̄cepta Dei, & leges eius. Ecce iudicandi & docēdi legem dei autoritas. Cui dixit Ietro. Prouide de omni plabe uiros potētes & timentes dñm, ī quibus sit ueritas, et qui oderūt auaritiā, & fecit sic Moyſes. Ibi dicit Lyra. Potentes iudicare per sapientiam & experiētiā Vnde & alia translatio habet sapientes, ubi nos habemus potentes & timentes deum magis q̄ hoīes, in quibus sit ueritas scilicet uita, doctrinæ & iusticiæ, & qui oderunt auaritiā, quia hoīes cupidi per munera de facili flectunt̄ a iusticia. Hac Lyra. Vtinam nunc illa

D
Sedes
Christi

Sedes
Apostolica.

E

Cathedra haberet tales uiros. Et ubi possūt discerni? certe in Curia Romana, ubi præsident Cathedræ sancti Petri, id est sedent in auctoritate Apostolorum, quæ est auctoritas iudicandi spiritualia, & docendi legem domini IESV Christi, si excluditur illa auaritia, iniusticia, superbia, & uiget sancta uita. Ipse Saluator testatur dicēs Matthæi xxiii. Super Cath. Moysi sed. scribæ & Pharisei, omnia ergo quæcunq; dixerint uobis seruate & facite, secundum uero opera eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Ecce hic tangitur uita carens operibus legis, alligant enim onera grauiâ & importabilia, & imponunt in humeros hominum. Ecce indiscreta doctrina & iniusticia, digito autem suo nolunt ea mouere. Ecce uita delicata, omnia opera sua faciunt, ut uideatur ab hominibus. Ecce uana gloria, dilatant enim phylacteria sua in Bullis per totum mundum, quasi ipsi sint primi, legem domini obseruantes, ibi hypocrisis? Magnificant fimbrias quibus operiunt mulas. Amant primos recubitus in cœnis ad uoluptatem & honorificentiam, & primas Cathedras in Synagogis. i. ecclesiarum aggregatiõibus, quia ille uult esse Cardinalis, ille Patriarcha, ille Archiepiscopus, & salutationes cum genuflexione in foro, id est in publico, & uocari ab hominibus Rabinu, id est Magister Noster, totam regentes ecclesiam Christi. Vnde & Curiam Romanam uocant magistram ecclesiarum. Et datis istis per possibile ipsi sunt sedes, non Christi, sed Sathanæ, sedentes secundum uitam propriam in Cathedra pestilentia. De qua Psalmista loquens de Christo IESV, dicit. Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non sedit. Vbi Augustinus de domino nostro IESV Christo homine dominico accipiendum est, qui in Cathedra pestilentia non sedet. Noluit regnum terrenum cum superbia quæ Cathedra pestilentia, ideo recte iterum, quia nõ fere quisquã est, qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam. Pestilentia est morbus late peruagans, & omnes aut pene oēs inuoluens. Quamquam accommodatius accipietur Cathedra perniciofa doctrina, cuius sermo ut cancer serpit. Hæc B. Augustinus, uocans Cathedram pestilentia libidinem dominandi, & pernicio

f

sam doctrinam, in qua Cathedra Seniores ecclesie sedent, uolentes dominari seculariter, & docentes mandata sua & doctrinas, firmitus q̄ mandata Dei obseruare. In Cathedra autem, id est legis auctoritate & doctrina uere sedet, qui docet legem, & facit mandata legis. Vnde Augustinus super illud Psalmi In lege domini uoluntas eius, dicit. Aliud est esse in lege, aliud sub legē. Qui est in lege secundum legem facit ac agit. Qui est sub lege secundum legem agit. Ecce plana expositio facti. Qui ergo fecerit & docuerit hic magnus est in regno celorum, dicit Saluator Matthæi quinto. Vere ergo sedet in Cathedra Moyfi uel Petri, qui in auctoritate scripturæ & bene uiuit & bene docet, qui nihil extranei ad legē addit. nec de Cathedra quæstum & fastum quærit. Contra, male in Cathedra sedet, qui male docet uel male uiuit. uel qui bona docet & male uiuit. uel qui nec bona docet nec bene uiuit, & tales heu sunt multi, qui quæ sua sunt, & non quæ IESU Christi, quarunt. De quibus dicit Saluator noster. Super Cathedram moyfi sederunt scribæ & Pharisei, dicunt enim & non faciunt. Et ibidem post dicit. Væ uobis Scribæ & pharisei hypocritæ, qui clauditis regnum celorum ante homines, uos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare. Ecce alia pars, & Matthæi decimoquinto. Irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem uestram. Hypocritæ, bene prophetauit de uobis Esaias capite uigesimo nono sic dicens. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me, frustra colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Male ergo in cathedra moyfi & Petri uel Chri sedet, q̄ bona docet & nō faciūt, Pei⁹, q̄ nec docet nec faciūt. Pessime, q̄ bona phibēt docere. Plus q̄ pessime, q̄ male uiuūt, bona docere uetāt. & sua docet. Oēs tales fures sūt & latrōes, dicēte uero Pastore. Quotquot ueniūt fu. sūt & la. Omnes em̄ tales supradiſti p̄ter Christum in ouile uenerunt, alium de ascenderunt supra Cathedram, quæ sua sunt quarūt, ideo & mercenarii dici possunt, nō pastores. Vnde Saluator Iohā. x. dicit, ostēdens quis sit mercenarius & nō pastor. Mercenarius & qui non est pastor, cuius nō sunt oues propria, uidet lupum ueniētem, & dimittit oues & fugit, & lup⁹ rapit & dispergit oues. Vbi August. omelia

super Ioha. ait. Nō hic bonā psonā mercenari⁹ gerit, & tñ ī aliquo utilis est, nec mercenarius dicit, nō accipit a conducente mercedē, Quis est ergo ille mercenarius, & culpabilis mercenarius? Hic uero fratres luceat nobis ipse dñs prout mercenariū intelligam⁹, & mercenarii non simus. Quid est ergo mercenarius? Sūt in ecclesia quidam Præpositi, de quibus Paulus dicit, sua quærentes, nō q̄ I E S V Christi, Quid est ergo sua quærentes? non Christum gratis diligētes, non deum propter deum quærentes, temporalia commoda cōsectantes, lucris inhiantes, honores ab hoībus appetentes. Hæc quādo amant a Præposito, & propter hæc seruiſ Deo, quisquis talis est mercenarius est, inter filios se non computet. De talibus em̄ Dñs dicit. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Hæc Augustin⁹ Quod aut̄ tales in Cathedra sedent aliquibus interpositis dicit ibidem. Audite aut̄ quia mercenarii necessarii sunt, multi quippe in ecclesia cōmoda terrena sectantes, Christum tñ p̄dicant, & per eos uox Christi audīſ, & sequunt̄ oues nō mercenarios, sed uocem pastoris per mercenariū, Audite mercenarios ab ipso dño demonstratos. Scribæ inquit & pharisæi super Cathedram Moyſi sedent, quæ dicunt facite, q̄ aut̄ faciunt, facere nolite. Quid aliud dixit nisi per mercenarium uocem pastoris audite? Sedendo em̄ cathedrā Moyſi legem dei docent, ergo Deus per eos docet. Sua uero si uelint illi docere, nolite audire, nolite facere, certe em̄ tales sua quarunt, non q̄ I E S V Christi. Nullus tñ mercenarius ausus est dicere populo Dei, Tua quæro, non q̄ I E S V Christi. Hic Augustinus & in fine illius Omeliæ concludit dicens. Ecce unde mercenarius uiso lupo dicitur fugere. Quare? quia non est ei cura de onibus. Quare illi non est cura de onibus? quia mercenarius est. Quid est mercenarius? est qui temporalem mercedē quærit, in domo in æternum nō habitabit. Hic Augustinus ostendens qui nunc in ecclesia existentes mercenarii in Cathedra. i. autoritate docēdi legem dei sedēt. Et iterum super Ioha. f. per illo uerbo Iohannis ultimo. Simon Petrus traxit rete plenum magnis piscibus dicit. Minimus est ille qui soluit factis quod uerbis docet, Et infra, deniq; ut ostēderet istos minimos reprobos esse qui docent uerbo bona loquendo, q̄ soluunt

H

male uiuendo, nec quasi minimos in uita aeterna futuros, sed oīno
 ibi nō futuros cum dixisset, minimus uocabitur in regno calorū,
 continuo subiecit. Nisi abundauerit iusticia uestra plus q̄ scriba-
 rum & pharisaorū, non intrabitis in regnum calorū. Illi certe sunt
 scribae & pharisei qui in Cathedra Moyfi sedent. Et de quibus ait .
 Quae dicunt facite, quae aut̄ faciunt, facere nolite, dicunt em̄ & non
 faciunt, docent sermonibus & soluunt moribus. Hae Augustinus.
 Et si niliter loquit̄ super Psal. Beati immaculati, super illo uersu .
 Beati qui scrutant̄ testimonia eius in toto corde exquirunt eū. E
 iam dictis patet, q̄ Cathedra Moyfi uel Sedes Apostolica est autho-
 ritas docendi legem dei, uel genus sanctorū Papatū, uel episcopo-
 rum sibi succedentiū, quod genus prouidet, ut sentit ad honorē dei
 p̄stitius, & Ecclesiae sanctae utilius, & p̄sidenti ac subiecto salubri⁹,
 nō p̄ficiendo indignum, nō postponendo plus humilem, nec in exa-
 minate limitando cuiq̄ officium ecclesiasticū per quastū, sangui-
 nem uel affectionem aliquā priuatam. Et patet ulterius, q̄ Apo-
 stolica mādata, ut dicit Dñs Lynconieñ. in responsione ad literas
 Romani Pontificis, de p̄ficiendo quendam cognatū in Canonicū
 Lynconieñ. ecclesiae sic respondet. Mandatis, inquit, Apostolicis af-
 fectioni filiali oīno & deuote & reuerenter obedio. His uero q̄ mā-
 datis Apostolicis aduersant̄ Paternum zelans honorem aduersor
 obsto, ad utrunq; in ratione filiationis teneor ex diuino mandato.
 Apostolica quidem mandata non sunt nec possunt esse alia q̄ apo-
 stolicae doctrinae, & ipsius dñi nostri IESV Christi Apostolorum
 magistri. Hae Lynconieñsis. Pensare ergo debet fidelis Christi disci- K
 pulus qñ Apostolicum mandatū emanat, utrum exp̄sse est manda-
 tum alicuius Apostoli, uel legis Christi, uel habens fundamentum
 in lege Christi, & illo cognito, debet reuerenter & humiliter māda-
 to hmōi obedire. Si aut̄ cognoscit ueraciter, q̄ mandatū Papae ob-
 uiat mandato uel consilio Christi, uel uergit in aliquod malū ec-
 clesiae, tunc debet audacter resistere, ne sit particeps criminis ex cō-
 sensu. Vnde cōfidens in dño & in Christo IESV, qui potēter & sa-
 pienter suae ueritatis professores protegit, & p̄mio remunerat glo-
 ria sempiternae. Bullae Papae Alexandri V. restiti, quam anno dñi

IOHANNIS HVSSITÆ DE

M. CCCC. IX. dominus Suinco Archiepſus Pragenſis acquiſiuit, in qua mandat, ne per aliquos, etiam ſi ſint ſuper hæc Apoſtolicò uel alio quouis indulto muniti, p̄dicationes aut ſermões ad populum ſiant, niſi in Cathedralibus, collegiatis, Parochialibus aut Monafteriorum eccleſiis, ſiue eorum cimiteriis. Iſtud etiam mādātū factis & uerbis Chriſti, & ſuorum Apoſtolorum contrarium nō eſt apoſtolicum, cum Chriſtus in mari, in deſerto, in campeſtri loco, in domibus, in Synagogis, in uicis, in plateis, p̄dicauit ad populum, p̄cepitq; diſcipulis ſuis dicens Marci ultimo. Euntes in mundū uni uerſum, p̄dicate euangelium omni creatura. Illi aut̄ profeſti p̄dicauerunt ubiq; id eſt ubicunq; audire uoluit populus, dño cooperante. Eſt igit̄ hoc mandatum in detrimentum eccleſiæ, in alligando uerbum dei, ne currat libere, & eſt tertio in p̄iudicium Capellarum erectarum cōfirmatarum a Dioceſanis, & priuilegiatarū rationabiliter a Sede Apoſtolica ad uerbum dñi in illis p̄dicandum. Non em̄ profeſtus aliquis ex illo mandato prouenire cernit̄, ſed falſax & inconf̄tas illuſio, in hoc, q̄ loca diuino deputata miniſterio & priuilegiata rationabiliter pro uerbo diuino propter priuatam affectionem, & iniurioſam ſupplicationem, uel importunā, uel propter commodum temporale a ſuis licitis libertatibus ſpolianſ. Vnde ab ipſo mandato ad ipſum Alexandrū pro meliori ipſius informatione appellauit, & me proſequente Appellationē ipſe dñs Papa de proximo expirauit. Et nulla mihi p̄ſtita audientia in Curia Romana, proceſſus Dñs Suinco Pragenſ. Archep̄s acquiſiuit me grauant̄, a quibus anno Dñi M. CCCC. X. ad Papā Iohannē xxiii. appellauit, qui per duos annos nullā meis Aduocatis & Procuratoribus p̄ſtitit audientiā, & tempore medio ſum amplius proceſſib⁹ aggrauatus. Cū ergo Appellatio ab uno Papa ad ſucceſſorē ſuum mihi non profuit, & a Papa ad Conciliū appellare eſt in longū, & incertū auxiliū in grauamie poſtulare. Ideo ad caput eccleſiæ dñm IESVM Chriſtū ultimo appellauit. Ipſe em̄ eſt quolibet Papa in decidēdo cauſā p̄ſtantior, cū nō pōt errare, nec denegare petēti rite iuſticiā, nec pōt hoīem ſua lege p̄ſuppoſita ſine demerito dānare. Caterū reſtiti dei ordinationi circa Indulgētias factas ſiue pmul

Indulgentiæ

gatas anno dñi M. CCCC. II. per Bullas Papæ Ioñis. xxiii. de quo alibi satis, Nihil eñ pōt Papa mī dare licite, nisi ad destructionem malitiæ, ac ædificationē ecclesiæ, quod foret uniuersaliter tenēdū. Istud testat Ap̄tus ii. Corinth. x. dicēs. Arma militiæ n̄æ nō sūt carnalia, sed potētia deo ad destructionē munitionum, qb⁹ cōsilia de molimur, & oēm altitudinē extollētē se aduersus scientiā dei. Et ii. Corinth. ult. dicit. Vt nō duri⁹ agā scđm ptātem quā dñs dedit mihi i ædificationē, & nō in destructionē. Vñ Lynconieñ. in lris ad Papā ita scribit. Nō pōt facere schisma Sedes ap̄lica, cui a sancto dño sanctorū I E S V Ch̄o tradita ē pt̄is oīmōda testāte Ap̄lo i ædificationē, & nō i destructionē. Et infra. Nec pōt, ait, ex hoc v̄ra discretio qcq̄ durū cōtra me statuere, q̄a oīs mea i hac pte dictio uel actio nec est cōtradictio nec rebellio, sed filialis debita Pat. & Mat. Ch̄o scilicet & ecclesiæ honoratio, q̄a diuini mī dati obseruatio, Breuiter aut̄ recolligēs dico, q̄ Ap̄st. Sedis s̄ctitas nō pōt nisi in ædificationē, & nō i destructionē, hæc. n. ē plenitudo pt̄atis oīa posse i ædificationē. Hæc aut̄, q̄s uocāt p̄uisiones, nō sūt i ædificationē, sed i māifesti destructionē, nō ergo pōt eas beatifs. Sedes Ap̄lica. Hæc Lynconieñ. q̄ a Papa Innocētio ad Ch̄i tribunal appellauit. Vnde narrat Cestren̄. li. vii. quō roberto Lynconieñ. obeūte, audita ē uox **N** i curia Papæ, Veni miser ad iudiciū, reptusq̄ ē in crastio Papa exanimis, quasi cuspidē baculi i latere percuss⁹, q̄ licet Lynconieñ. fuisse rit miraculis p̄spicaci⁹, tū i s̄ctoꝝ Catalogū a curia nō ē pmis⁹. Et patet, Papa pōt errare, & eo graui⁹ quo i casu possibili peccatū suū m̄plicare ē copiosi⁹, intēti⁹ & isupabili⁹, ut ait Bernh. lib. ad Eugeniū papā. Copiosi⁹, si p̄ totū Ch̄ianismū, Intēti⁹, si circa bonorū sp̄aliū subtractiōi cōcernētū curā aīarū, & isupabili⁹, si nemo audeat ei cōtradidere, tū p̄pter cōs̄derationē cū brachio seculari, tū p̄pter palliatas cēsuras i filios obediētiae fulmiatas, tū p̄pter p̄motiōes ac dignitates ecclesiasticas, quas p̄uidet suis cōplicib⁹. Vñ si cut stat⁹ Papalis p̄ficiēs ecclesiæ pl⁹ mere ē, sic stat⁹ Papalis p̄uer⁹ i illo hoīe q̄ statu abutiē pl⁹ ecclesi i ificiēs ampli⁹ demere ē. Signū aut̄ defect⁹ Papæ ē, si postposita lege dei & deuotis euāgelii p̄fessio nib⁹, traditiōib⁹ attēdit hūanis, de quo Bernh. Eugeniū arguebat.

Secundum signū est, si Papa & ecclesiastici Prapofiti derelinquētes conuersionem Christi, sint mundo seculariter implicati. Tertium signum est, si mercatores seculi in ministerio Christi p̄ficiat, & studeat p̄cipue ad uitam secularē, cōtinuandum, pauperes ecclesias aggruari. Quartum signum est, si per mandatum suum uel ineptorum locationem in cura Pastoralī saluandas animas priuat uerbo dei. Vnde id pensans Lynconiensis, noluit admittere quēdam cognatum Papæ in Canonicū Lynconieñ. ecclesie, faciēs inter cetera probabilem rationem. Post peccatum, inquit, Luciferi quod idem erit in fine, tempore ipsius filii perditionis Antichri, quem interficiet dñs IESVS spiritu oris sui. Nec est nec esse pōt alterum genus aduersum uel contrarium apostolica doctrina uel euāgelica, & ipsi dño IESV Christo tam odibile & detestabile ac abhominabile, & humano generi tā perniciose, sicut aīas Pastoralis curæ officio & ministerio uiuificandas & saluandas, pastoralis ministerii defraudatione mortificare & perdere. Quod peccatum euidentissimis scripturæ sacræ testimoniis cōmittere dinoscuntur qui in potestate pastoralis curæ constituti de lacte & de lana ouiu, Christi suis carnalibus delitiis satisfaciunt, & pastoralis officij ministerii in aternam ouiu Christi salutem operandā debita nō ministrant. Ipsa em̄ ministeriorū pastoralium non administratio est scripturæ testimoniō, sed ouiu Christi occisio & perditio. Quod autē hic duo genera peccatorum, licet dispariter sint pessima, & omne genus alterum peccati inestimabiliter excellētia, manifestū est ex hoc quod sunt duobus existentibus & dictis, licet dispariter & dissimiliter optimis directe contraria, pessimū em̄ est quod optimo contrarium est. Et quia in bonis causa boni melior est causato, & ī malis causa mali peior est causato, manifestum est, quū taliū pessimorum interemptorū deformitatis & deificationis, in ouibus Christi, in ecclesiam Christi introductores, ipsis interemptoribus pessimis sunt peiores, & Lucifero & Antichristo proximiores, & in hac peioritate gradatim magis superexcellentes, qui ex maiore & diuiniore potestate sibi data in adificationē, & non in distributionem, magis tenent ab ecclesia Dei tales interemptores pessimos exclu-

dere & extirpare. Hæc Lynconieñ. Vult ipse tantū breuiter, q̄ ouis Christi occisio & perditio, sunt peccata duo pessima, licet differenter, ex eo q̄ uiuificatio per gratiam ouiu, & glorificatio, sunt duo ouium bona optima, quāuis dispariter, quib⁹ illa duo occisio & interemptio sunt opposita. Et quia uiuificationi opposita occisio, & glorificationi interemptio, sequit̄, q̄ de tanto sunt peccata ista duo grauiora, de quanto opponunt̄ potioribus bonis. Et cum deus illorum bonorum per se sit causa, sequit̄, q̄ de tanto occisores & interemptores ouium, quia sunt peiores aliis, de quanto occisio & interemptio ouium sunt peccata peiora. Et patet, q̄ Antichristi & Sanae pessimi ministri sunt, qui animas occidunt. Ex his habet̄, q̄ de uiati prope rebellare, est Christo dño obedire, quod potissime prouenit improuisionibus, q̄ affectionem sapiūt personalē. Vnde mūdum testem inuoco, q̄ Papalis beneficiorum distributio, seminat in ecclesia mercenarios nimis late, ex parte Paparum, dat occasionem in illis extollendi Vicariam potestatem, nimis appciandi seculi dignitatem, & nimis affectandi phantasticam sanctitatem. Illi autē Doctores qui expectāt remunerationē temporalem a Papa, uel timent seruiliter eius potestatem, & sic dicunt, quod sit incomphenfibilis potestatis, impeccabilis, incorrigibilis, quod potest licite facere quicquid libuerit, sūt Pseudopropheta & Pseudoapostoli Antichristi. Ex dictis iam patet, q̄ Sedes Apost. est autoritas iudicandi & docendi legem Christi. Vel secundo, est genus sanctorum Paparum sibi succedentiū ut dictum est. Et illo modo capis Apostolica Sedes Distinc. xxii. Sacrosancta, ubi dicit Papa Anacletus. Hæc uero Apost. Sedes, caput & cardo ut pfatum est, a dño & nō ab alio cōstituta est, & sicut cardine ostium regis, sic huius sanctæ Apostolicæ Sedis autoritate, omnes aliæ dño disponente regunt̄ ecclesiæ. Papa iste intendebat, q̄ ipse esset caput & cardo, caput in psidendo & cardo in regendo. Sed satis habet debile argumentum ad probandum suam intentionem. Nam arguit a simili dicens. Sicut cardine ostium retinet̄, sic huius sanctæ apost. Sedis autoritate, omnes ecclesiæ dño disponente regunt̄. Sufficeret arguere, q̄ Papa cum cardinalibus se bene regerent. Nam sicut uno cardine solum unū ostiū

regit, sic ipsorum doctrina & autoritate bonū esset, quod ipsi re-
gerent bene, & postea quod etiam alia ecclesie regerent. Qualiter
enī regunt illi nostrā Pragensem ecclesiam, nisi distribuendo auaris
beneficia, & colligendo pecunias. Sed ubi est doctrina uel alia mini-
stratio potestatis? Tertio sumit sedes pro ptate, & illo modo sumit
xxi. distinc. Inferior, ubi dicit Nicolaus papa. Inferior sedes potio-
rem absoluere nō potest, & concludit, sed satis impertinenter, ex il-
lo Esaiæ x. Nunquid gloriabitur securis contra eū qui secatur in ea, aut
exaltabitur ferra contra eum qui trahit eā, dicens. His itaq; ex diuina
scriptura commemoratis, sole clarius exhibuimus, nō posse quēq;
qui minoris autoritatis est, cum qui maioris est ptatis iudiciis suis
addicere, aut propriis diffinitionibus subiugare. Ecce ibi uocat infe-
riorem sedē, hoīem minoris autoritatis, & superiorē sedē, hoīem
maioris autoritatis. Quomodo autē sumit Sedes cum dicit Pela-
gius Dist. xxi. Cū dicit. Est ergo prima Apostoli Petri Sedes Ro-
mana ecclesia, nō habens maculā, neq; rugā, nec aliquid eiusmodi,
Ecce ibi Sedes Petri Romana ecclesia esse dicit. Sed pro quo ueri-
ficatur qd sit sine macula & ruga, cū nec Papa est illa sedes sine ec-
clesia, nec Papa cum Cardinalibus qui non sunt sine macula, nec ec-
clesia lapidea, pro certo non possum aliter concipere, nisi quod se-
des illa sit, omnes uitam Petri finaliter secundū legē Christi imitā-
tes. Illi enī primū in patria erunt, sine macula & ruga. Sed si istius
Papæ fuit hæc intentio, non scio. Vnde August. super Psal. Latat⁹
sū in iis q̄ dicta &c. super illo Sederūt sedes in iudicio, ad propositū
sic loquit. Quō ibi federunt sedes in iudicio? mirū ænigma, mira
q̄stio, si nō intelligat, Sedes, quod græci thronō appellāt. Thronos
græci sellas dicūt, tanq̄ honorabiles, Ergo fratres mei, nō est mirū
si sedeant homines in sedibus, in sellis, ut autē ipsæ sedes sedeant, quō
possumus intelligere, tanq̄ si dicat aliquis, sedeāt hic Cathedra, aut
sedeant hic sella, in sella sedere, in sedibus sedere, in Cathedris sede-
re, non ipsæ sedes sedent. Quid est ergo hoc quod ibi Sederūt sedes
in iudicium? Certe soletis audire dño dicente. Cælū mihi thronus
est, terra autē scabellū pedum meorum. Latine autē totū sic dicitur.
Cælum mihi sedes est. Qui sunt isti? nisi iusti. Qui sunt cæli? nisi

iusti. Quæ ecclesia? ipsi ecclesia, sic sunt multæ ut una sit. Sic ergo & iusti, ita iusti sunt cælum, ut cæli sint. In ipsis autem sedet deus, & de ipsis iudicat Deus. Et non sine causa dictum est. Cæli enarrant gloriam dei. Apostoli autem facti sunt cælum. Unde facti sunt cælum quia iustificati. Quomodo peccator factus est terra, cui dictum est Terra es & in terram ibis. Sic iustificati facti sunt cælum. Portauerunt Deum, & de ipsis Deus coruscabat mirabilia, tonabat terrores pluebat consolationes. Erant ergo illi cælum, & enarrabant gloriam dei. Nam ut noueritis ipsos dictos cælos, ibi ait in ipso Psalmo In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Quaris quorum, & inuenies calorum. Si ergo cælum sedes dei, Apostoli autem cælum, & ipsi facti sunt sedes Dei, ipsi sunt thronus dei. Dictum est in alio loco. Anima iusti thronus est sapientia. Magna res dicta est, Anima iusti thronus sapientia, id est in anima iusti sedet sapientia tanquam in throno suo, & inde iudicat quicquid iudicat, ergo erunt throni sapientia, & ideo dixit illis dominus. Sedebitis super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Sicut & ipsi sedebunt super duodecim sedes, & ipsi sunt sedes Dei. De illis quippe dictum est. Ibi enim sederunt sedes. Quomodo ibi sedebunt sedes qui sederunt sedes? & qui sunt sedes? de quibus dictum est. Anima iusti sapientia sedes. Qui sunt sedes cæli? Cæli.

Qui sunt cæli? Cælum. Quod est cælum? de quo dicit Dominus. Cælum mihi sedes, & ipsi iusti sunt sedes, & habet sedes & in illa Ierusalem sedebunt sedes. Ad quam rem? in iudicium, Sedebitis, inquit, super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Quos iudicantes? Deinde qui sunt in terra qui iudicabunt? Qui facti sunt cælum? Hac Augustinus, ostendens ex scriptura quod iusti sunt sedes Dei, & qui iudicabunt. Quarto sumitur Sedes pro loco in quo quod apostolus mansit per tempus notabile, regens populum secundum legem Christi. Et illo modo Ierusalem non nuda ciuitas, sed cum populo fuit sedes Iacobi apostoli, qui episcopus primus electus ab apostolis, ibi fuit a domino constitutus. Et Antiochia fuit prima sedes apostoli Petri, & ita dicit Marcellus Papa xxiiii. q. i. Rogamus uos fratres, quod nihil aliud doceatis neque sentiatis, quam quod a beato Petro apostolo, & reliquis apostolis

IOHANNIS HVSSITÆ DE

& patribus accepistis. Infra. Eius Sedes scilicet Petri primitus fuit apud uos, quæ postea iubente Dño Romam translata est, cui admirulante gratia diuina hodierna p̄sidemus die. Si nō uestra Antiochena quæ olim prima erat, Romanæ cessit Sedi, nulla est q̄ eius subiecta non sit ditioni. Ecce iste Papa ualde pulchre cepit, sed ualde intricate finiuit. Primo dicit rogās, q̄ nihil aliud sacerdotes per Antiochiam doceant, nisi quod a Petro & ab aliis Apostolis, & sanctis patribus acceperunt. O utinam illud facerent omnes Clerici, Deinde dicit, q̄ Petri sedes primitus fuit apud eos .i. primus locus notabilis residentia, in quo ut Episcopus docuit legē Christi, & hoc uerum est. Sed quando dicit, postea uero Romam translata, scilicet Sedes Petri, pro certo iam nescio quæ Sedes sit illa sic translata, nā ecclesia non, locus non, populus non. Si dicis autoritas Petri docendi legem, illa tēpore Petri fuit in Antiochia & in Roma. Quid ergo translatum est? nisi Petrus, dum de Antiochia uenit Romā. Petro autē non p̄sedit Marcellus Papa, nec Petrus nūc est Sedes romana. Quid ergo refert ibi illud pronomen cui? dum dicit, cui p̄sidemus, pro certo intricate iste Papa loquit, quia post dotationē Romanus existens Ep̄s, intendebat quod ex autoritate Cæsaris uocabat romana ecclesia priā. i. dignior sedes, cui ipse p̄sedit, & sic itēdebat, q̄ Antiochiæ sacerdotes sibi subiicerēt. Si hoc affectauit Petrus residens in Roma, nescio. Sed scio, q̄ in suis epistolis optabat, quod sequerent uestigia IESV Christi. Quomodo adhuc Papæ multi & Canonistæ loquunt̄ obscure de Sede Apostolica p̄termitto, non tñ dico, q̄ ciuitas Roma sit Sedes apostolica, ad tñ necessaria quod sine ea nō possit errare ecclesia IESV Christi. Nam per possibile destructa Roma ut Sodoma, adhuc possēt stare ecclesia christiana. Nec est uerū, q̄ ubicūq; ē papa, ibi est Roma, quāuis uerum est, ubicūq; fuerit Papa, dum est hic in terris, ibi est autoritas Petri in Papa, dum nō discedit a lege dñi nostri IESV Christi, & tantam dixerim de Sede Apostolica quo ad p̄sens.

CAPVT XIX.

A DICTO quid sit Sedes Apostolica, dicendum est in quibus ipsi Sedi Apostolicæ sit parendum. Et dicunt p̄fati Doctores

q̄ in omnibus per inferiores, ubi non prohibetur purum bonum, uel p̄cip̄ purum malum, quod pro modo, loco, tempore uel persona potest esse & bonum & malum. Et probant hoc per quatuor testes idoneos, scilicet per Saluatorem, Bernhardū, Augustinū & per Hieronymum. Et quia Doctores receperunt distinctionē Bernardi in epistola ad Adam Monachum, de puro bono & puro malo. Ideo notandum, q̄ postquā B. Bernardus ostendit q̄ non est alicui obediendum in malo, & cōcludit dicens. Igit̄ facere malū quolibet etiam iubente constat non esse obedientiam, sed potius inobediētiam. Sane hoc aduertendū, q̄ quādam sunt pura bona, quādam pura mala. Et in his nullam deberi hoībus obediētā, quoniā nec illa omittenda sunt, etiā cū prohibent̄. Nec ista, uel cum iubent̄ committenda. Porro inter hęc sunt media quādam, q̄ pro modo, loco, tempore, uel persona & mala possunt esse & bona. Et in his lex posita est obedientiæ tanq̄ in ligno scientiæ boni & mali, quod erat in medio Paradisi. In his profecto phas nō est nostrum sensū p̄ferre sentētiæ magistrorum. In his omnino Prælatorum nec iussio nec prohibitio contemnenda. Infra. Fides spes & charitas pura sunt bona & cetera huiusmodi, & nō possunt uel prohiberi uel non teneri. Pura mala sunt, furtum, sacrilegium, adulteriū & cetera talia, q̄ utiq̄ nec bñ p̄cipi nec perfici possunt, nec male nō prohiberi nec fieri. Nullius prohibitio ualet obuiare p̄ceptis, nullius iussio p̄ iudicare prohibitis. Sunt deinde media, quæ quidem per se nec bona noscunt̄ esse, nec mala. Possunt tñ indifferenter & bene pariter & male uel iuberi uel prohiberi. sed male nullatenus in his a subditis obediri. Ex his sunt ut exempli gratia ponam ieiunare, uigilare, legere & quæq̄ talia. Sciendum uero q̄ media quādam impurore seu malorum transeunt rōnem. Nam coniugiū cum fieri liceat & non fieri factum iam solui non licet. Quod ergo ante nuptias medium esse liquebat in iam coniugatis puri boni uim obtinet. Itē propria possidere seculari nomini medium est, quoniam & nō possidere licet, Monacho uero, quia possidere non licet purum malū. Hac Bernardus. Notandum etiam, q̄ ad sensum loquētium circa actus humanos, quod opus uocatur Neutrum, apud eos quod de

C sua primaria intentione, nec dicit bonum moris uel malum uitii, ut ædificare uel texere. Opera autem dicuntur bona uel mala de genere, quæ dicunt substantiam uel naturam operis bonis uel mali moraliter, non tamen implicant circumstantias per se statuētes naturas talium actuum in genere uirtutis uel uitii, ut dare eleemosynam & occidere hominem, utrunq; enim istorum potest tam bene q̄ male fieri secundum diuersitatem causæ, uel intentionis operam. Nam dare eleemosynam pro uana gloria est malū, sicut occidere hoīem autoritate Dei, ne inficiat ecclesiā, est bonū. Aliqua aut sunt opera aggregata, quæ dicunt simpliciter bonum uel malum moraliter, ut mechari & furari quo ad uitium, & charitatiue diligere deum & proximum quo ad uirtutem. Leuiter sic aliquis actus est simpliciter bonus, ut charitatiue diligere deum. Aliquis simpliciter malus, ut odire deum. Item aliquod est bonum de genere, quod scilicet plus inclinatur hominem ad iudicandum, quod sit bonum q̄ ad iudicandum q̄ sit malum, ut ieiunare, eleemosynā dare. Aliquod est malū de genere, quod scilicet inclinatur hominē ad iudicandum plus quod sit malum q̄ quod sit bonum, licet possit bene fieri in hominem occidere. Sed opus neutrum dicitur opus, qd̄ nō plus inclinatur hominem ad iudicandum quod sit bonum q̄ malum, nec e contra, ut texere, comedere, arare, currere. Vnde op⁹ simpliciter bonum tenet gradum primum. Opus bonum de genere gradum quasi medium. & op⁹ neutrum gradum infimum. Exemplum in his tribus, Diligere deum, ieiunare & texere. Similiter in eorum oppositis. Nam opus simpliciter malū, ut deū odire, malū de genere, ut hominem occidere. Sed tertium scilicet neutrum, nō datur malum, quia tunc nō esset neutrum. Dicitur enim neutrum quia non plus ad uirtutem declinat q̄ ad uitium, uel e contra. **V**terius notandum, q̄ diuisio immediata humanorum operum est, q̄ uel sunt uirtuosa uel uitiosa, patet, quia si homo est uitiosus, & agit quicquam, tunc agit uitiose. Et si est uirtuosus, & agit quicquā, tunc agit uirtuose, quia sicut uitiiū quod crimen dicitur siue mortale peccatum, inficit uniuersaliter actus hominis. Sic uirtus uiuificat omnes actus hominis uirtuosi in tantum, q̄ existens in gratia,

Opus duplex

dicitur mereri & orare dormiendo & quolibet operando, ut dicunt Doctores sancti, praesertim Beatus Augustinus, Gregorius, Hieronymus, & alii. Et fundatur illud dictum in illo Christi IESV Saluatoris nostri uerbo, quod dixit Lucae sexto capitulo. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, id est si intentio fuerit bona in gratia ad opus, tunc totum corpus tuum id est congeries omnium operum tuorum lucida erit, quia munda coram Deo. Si autem oculus tuus, id est intentio nequam fuerit, criminata atque coinquinata per uitium, totum corpus tuum scilicet operum, tenebrosum id est uitiosum erit. Vnde gentium Doctor Apostolus Paulus praecipit ita dicens. Omnia in gloriam Dei facite, secunda Corinthiorum primo. Et alibi prima Corinthiorum ultimo. Omnia uestra in charitate fiant. Vnde totus modus uiuendi charitatiue est uirtuosus, & totus modus uiuendi hominis praeter charitatem est uitiosus. Ex quo patet, quod sicut nemo potest esse neuter quo ad uirtutem uel uitium, cum oportet quod uel sit in gratia Dei omnipotentis, uel extra gratiam. Sic nulla conuersatio hominis potest esse neutra. In uirtuosis ergo obediendum est Praeposito In uitiosis autem praecipit audacter resistendum. Istitis supra notatis, cauere debet quilibet Christi fidelis ne credat, quod si Romanus Pontifex, uel Praelatus, quidquam praecipit, quod illud sit ut Dei mandatum faciendum, ac si ille Praelatus errare non posset, ut nec Christus IESVS. Secundo, tenentur de praecipit in lege Domini, quomodo aliqua praecipuntur nobis confuse, & aliqua distincte. Confuse praecipuntur, quaecumque continue meritorie debemus facere, modo quo beatus Augustinus dicit quod continetur omnis ueritas in scriptura. Opus autem praecipit ad quod non est ratio, uel ecclesiae Christi utilitas, non continetur explicite uel implicite in scriptura. Et illud siue a Papa, siue a Praelato alio praecipit fuerit, non tenentur subditis facere, ne in libertatem legis Domini per illud offendant. Cum debemus ut fidele accipere, quod deus nihil nobis praecipit facere, nisi quod sit nobis meritorium & rationabile, & per consequens proficuum ad salutem.

E.

Conclusio sit ista. Virtuosis Præpositis, immo & discolis tenentur obedire subditi uolenter & gaudenter, dum implere præcipiunt m̄a data dñi IESV Christi. Patet ista conclusio. Nam Matth. xxiii. dicit Christus. Supra Cathe. Moyfi sed. scribæ & pharisæi, oīa ergo quæcunq; dixerint uobis facite, omnia scilicet mandata mea. Vbi Augustinus super Iohañ. ut proximo cap. dictum est. Sedendo, inquit, Cathedrā Moyfi legem dei docent, ergo deus per illos docet, sua uero si uelint illi docere, nolite audire, nolite facere. Hæc Augustinus. Et quo ad istud etiam dicit Christus Lucae x. Qui uos audit, me audit, & qui uos spernit &c. Et per consequens deum patrē, quia non obedis talibus, ut hoībus, sed ut ministris dei, cui præcipalite obedis. Ideo nemo debet obedire homini in aliquo etiā minimo, quod diuino obuiat mandato, quod uocatur a B. Bernardo diuinum consilium. Cum Act. v. dicit Petrus. Obedire oportet magis deo q̄ hoībus. Vnde sicut iubemur obedire Præpositis in licitis & honestis, cum circumstantiis adhibitis, ita iubemur eis in faciem resistere, q̄n ambulant cōtrarie diuinis consiliis uel præceptis. Cum Paulus præcipiens, q̄ simus imitatores sui. Corinth. ii. Propter leuem culpam in faciem restitit Petro, ut dicit Galat. ii. Magis aut̄ tenemur obedire Paulo, & cuicunq; auctori diuinæ scripturæ, q̄ Romano Pontifici in operibus mediis siue neutris. Et cum nō tenemur sequemurq; Apostolum, nisi de quanto sequimur dñm IESVM Christum, sicut patet ex limitatione Apostoli. Patet, q̄ nulli Prælato post sanctos Apostolos obedire tenemur, nisi de quanto præcipit uel cōsultat Christi consilia uel mandata. Ideo sanctus Apostolus i. Corint. **F** iiii. & xi. q̄n consulit ut sint imitatores sui, statim annunciat formā sequendi, cum infert. Sicut ego Christi. Vnde examinare debet discretus subditus præcepta Præpositi, q̄n uideat declinare a lege Ch̄si, uel sua regula. Nō em̄ quilibet Præpositus est incorrigibilis. Et hīc præcepit Christus frequentius in operibus uigilare, unde Marci xiii. dicit. Oībus dico uigilate. Et pri. Iohañ. iiii. dicit Apostolus. Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint, q̄n multi Pseudoprophetae exierunt in mundum. Et Matthæi xxiiii. dicit Saluator. Multi Pseudoprophetae surgent, & seducent

multos. Et quo ad hæc ualde pulchre loquitur S. Bernhardus in epistola ad Adam monachum, reprehendens ipsum, quod suo abbati indifcrete obediuerit contra regulam sui uoti. Vnde dicit per exclamationem, sed irrisorie. O monachum obedientissimum, cui ex quibuslibet seniorum uerbis, ne unum quidem Iota pertuolet, non attendit quale sit quod precipitur, hoc solo contentus quod precipitur, & hæc obedientia sine mora. Si ita oportet delectamur iam de libro euangelii. Estote prudentes sicut serpentes. Sufficiente quippe quod sequitur, Et simplices sicut columbæ. Nec dico a subditis mandata Præpositorum esse iudicanda, ubi nil deprehenditur diuinis contrarium institutis. Sed necessariam assero et prudentiam, qua aduertatur si quid aduersatur & libertatem qua ingenue contemnat. Caterum iste Nihil, inquit, habeo interrogare, uiderit ille qui iussit. Dic queso, si dato in manus gladio suum te armari in iugulum? Acquieuisses? Nonne etiam alius cum prohibere possis, in crimen reputatur homicidii. Age ergo, uide ne forte sub pretexto obedientie in quippiam grauius inseruiaris, hæc Bernhardus. Et adducit multa scriptura testimonia, & concludit. Tu ergo aduersus hæc omnia, atque alia in hunc modum innumera ueritatis testimonia, putasti cuiquam obediendum. Odiosa peruersitas obedientie uirtus, quæ semper militat ueritati, aduersus ueritatem accingitur. Hæc Bernhardus. Vnde ipse Bernardus ponit in sermone de aduentu Domini, quinque conditiones rectificantes obedientiam. Obediencia quinque conditiones.

Prima, cum opus est sanctum, quia non est obediendum contra deum
 Secunda, cum est uoluntarium. Tertia, cum est purum secundum intentionem sanctam, iuxta doctrinam Saluatoris Matth. vi. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Quarta, cum est discretum, cum nimietas uel defectus inficiat. Et quinta, cum sit firmum usque ad finem debitum perseverans. Ex quo patet, quod subditus considerans indiscretum mandatum Præpositi, quod est notum, uel debet esse notum, uergere ad detrimentum ecclesie, distrahendo a cultu dei, & profectu salutis animarum, debet illi Præposito resistere. Nam talis resistentia est uera obedientia, ne dum Deo facta, quo ad legem fraternæ correctionis, sed etiam ipsi Præposito, quia nullus Præpositus, quicquam debet precipere nisi bonum. Cum ergo subditus ex obediencia

tia obligat ad bonum in genere a Præposito, sequit̃, q̃ obedit sibi
 sic resistendo sicut debet, quia facit quod bonum est, diuertens a ma-
 lo. Ex isto patet, q̃ subditus obediens suo Prælato in malo non ex-
 cufatur a peccato. Quia dicit Saluator Matth. xv. Cæc̃ si cæco du-
 catum præbet, ambo in foueam cadunt. Hoc est, si cæcus .i. ignarus
 uel malus Prælatus, cæco .i. ignaro subdito uel malo præbet præcipi-
 endo ducatum ad opus, ambo in foueam erroris cadunt. Vnde per-
 tinenter Christus dixit discipulis de scribis & pharisæis, qui docue-
 runt, q̃ peccatum est manducare panem non lotis manibus, cū tñ
 non sit peccatum, Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorum. Quid est
 finite illos? Glosa .i. permittite suo arbitrio, cæci sunt .i. traditioni-
 bus tenebrosis. Et istam Christi regulam obseruat bruta animalia
 cum equus uel asinus cognoscens ante foueam, stimulus calcari
 bus, præcipitium cauet quantum potest, ut patet & de asina, quæ cog-
 noscens angelū prohibentem, ne per uiam qua uoluit Balaam per-
 geret, uoce hominis corripuit Prophetæ insipientiam. Vnde Bern-
 hardus ad Adam Monachum in epistola ironice sic loquitur.
 Tu ille obedientissimus filius, tu ille deuotissimus discipulus, illum
 patrem & præceptorem tuum, quem nec puncto quidē temporis uel
 tranuerso ut dicis pede a te q̃ diu uixit passus es elongari, ita ut in
 foueam quoq; post eum, nō quidē cæcis, sed apertis more Balaam
 oculis cadere non cunctatus sis. Hæc ille. Ex istis cum ueneris ulte-
 rius sequit̃, q̃ licet Clericis subditis, immo & Laicis de suorum Præ-
 positum operib⁹ iudicare. Patet ex hoc, q̃ aliquod est iudicium
 discretæ & absconditæ arbitrationis in foro conscientia. Et aliud
 iudicium potestatiuæ iurisdictionis in foro ecclesiæ. Primo modo
 subditus debet pure se ipsum iudicare, iuxta illud pri. Corinth. xi. Si
 nosmetipsos iudicarem, non utiq; iudicaremur. Et secūdo debet
 iudicare omnia sibi cōiter ad salutem pertinentia. Iuxta illud pri.
 Corinth. ii. Spiritualis autem homo iudicat omnia. Oportet autē
 Laicum sic iudicare opera sui Præpositi, sicut Apostolus iudicauit
 opera Petri corripiendo, ad Galat. ii. Cum uidissem, inquit, quod
 non recte ambularent ad ueritatem euangelii, dixi Cephæ coram
 omnibus. Si tu cum Iudæus sis gentiliter uiuis, & non iudaice, quō

G
Iudicium
duplex

modo gentes cogis iudaizare? Secūdo debet Laicus iudicare Præpositum ad fugiendum. Nam Matth. vii. dicit Christus. Attendite a falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Sed debet iudicare ad spiritualiter præficiendum, & corporaliter nutriendum, uel aliter benefaciendum. Aliter enim nunquam eligerentur a Laicis Clerici in curatos, cōfessores, uel elemosynarios. Sicut ergo licet diuitibus huius seculi examinare diligenti iudicio, quibus Præpositis qualibet & qualiter ministrabunt elemosynas, cauendo a lupis rapacibus, quod secundum Apostolum Actuum xx. Et secundum Chrysostr. in imperfecto, omelia xx. manifeste per hoc discernitur, quod plus quarunt subditorum pecunias quam salutem, contra Apostolum ii. ad Corinth. xiii. Non enim quero quæ uestra sunt, sed uos. Vnde Act. xx. prophetico prouidēs tales Pseudoapostolos sic affatur. Ego scio quia intrabunt post discessionem meam in uos lupi rapaces, non parcentes gregi, Et quia ista lupacitas manifeste cognoscitur per spoliationem temporalium, & inflictionem poenarum ad ipsa temporalia copiosius rapiendum, declarat se ipsum habuisse modum oppositum. Argentum, inquit, & aurum aut uestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis, quoniam a Deo quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. Debent ergo subditi pie in Christo uiuentes Apostolorum uitam attendere, & considerare si ipsis cōformiter uiuunt eorum præpositi. Si enim in spirituali sunt ministerio desides, si sunt ad exigendum pecunias diligentes, euangelicam paupertatem aspernantes & innitentes seculo, etiam alia manifeste seminantes crimina, tunc ut sic cognoscent ex opere, quia a religione IESU Christi domini declinauerunt. Ergo O cordati amatores legis Christi, primo operibus eorum credite, si uergunt ad seculum. Secundo, mandatis attendite, si sapiunt auaritiam, uel seculi questum. Tertio, scripturam sacram consulite, si præcipiunt conformiter ad Christi consilium, & secundum hoc credite eis, uel discredite secundum eius oppositum. Nō autem dicunt Curati Laicis, Quid uobis pertinet de uita uel operibus nostris discernere? cum Saluator noster dicat Matth. xxiii. ca.

IOHANNIS HVSSITÆ DE

Secundum opera eorū nolite facere. & post declarat opera tribus Pralatorum, ut cognoscentes ea sciant illa salubriter euitare, imo Pralatis dicentibus. Quid uobis pertinet de uita uel operibus nris discernere? Et cōtradicef talib⁹ laicis pētinēter. Quid ad uos pertinet elemosynas nostras recipere? cū dicat Apostolus ii. Tessal. ultimo. Denunciamus uobis in noīe dñi nostri IESV Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundū traditionē quā acceperunt a nobis, ipsi eñ scitis quēadmodū oporteat imitari nos, quā non inquieti fuimus inter uos, neq; panē gratis manducauimus ab aliquo, sed in labore & in fatigatione. Et infra. Nam cum effemns apud uos denunciabamus uobis, quoniam si quis non uult operari, non manducet. Et patet, quomodo debent subditi de mandatis & operibus Prapostorum rationabiliter iudicare, quia alias forent in mortis aternæ periculo, nec iudicaret discretē de ipsis, in quo debent eis credere, in quo eos debent sequi, & in quibus eis rationabiliter debent iuxta legem Domini obedire. Nam nos pramonuit Magister optimus dñs. Attēdite a falsis prophetis Matth. vii. Et. Attendite a fermento Phariseorum Matth. xvi. Et Matth. xxiii. dicit. Nolite credere nolite exire, & secundum opera eorum nolite facere. Matth. xxiii. Ipse & de suis operib⁹ hortatus est sacerdotes & turbas iudicare, dicens Ioan. viii. Quis ex uobis arguet me de peccato. Et Iohan. x. Et si mihi non uultis credere, operib⁹ credite. Et q̄ malum est Christi ecclesiæ, q̄ Prapostiti nostri plus exigunt ut credatur suis approbationibus & reprobationibus in cūctis suis iudiciis, q̄ exigunt ut credatur fides sacræ scripturæ, quæ est fides Catholica. Et plus puniunt pro excessu suarum traditionum, q̄ blasphemantes in præcipuam fidem Christi. Sic de eis potest dici illud Psalmistæ. Qui edebat panem magnificauit super me supplantationem. Ipsi enim, ut met asserunt, edunt patrimonium Christi, & tamen plus appreciant sua mandata, q̄ ipsius dñi IESV Christi.

Finis Capitis Deciminoni.

CAPVT XX.

ADHVC, q̄ Doctores in suo duplici dicto inrelligant meli⁹ cum dicunt Romanæ ecclesiæ & Prælatis est obediendū in omnibus per inferiores &c. Et iterum. Igit̄ eis obediendum & parendum est. Suppono ex uera grammatica, q̄ hoc cōplexū, est obediendum, tñ̄ ualet sicut hoc complexum, debet obedire, & ulterius, q̄ hoc uerbum, debet, dicat debitum obligationis ad obedientiam sub pœna peccati mortalis. Paret suppositio ex allegatione Doctorum per illud Saluatoris Matth. xxiii. Oīa quæcunq; dixerint uobis seruate & facite. Istud em̄ uerbum dñi p̄ceptum est. Paret secundo suppositio ex uerbis Doctorū cum dicunt. Quidā autē de Clero in regno Boemiæ nolunt consentire, conantes, quantū in eis est, inducere fidelem populum ad inobedientiam respectu Prælatorum, & ad irreuerentiam papalē, episcopalem, sacerdotalem & clericalem dignitates. Modo notum est, q̄ inobedientia & irreuerentia quam innuunt Doctores foret peccatū mortale. Tertio paret ista suppositio ex allegatione B. Augustini, ubi dicit. Obediens patri non fueris (intellige non patri corporali, sed spiritali) oīnes uirtutes perdidisti. Modo planum est, q̄ non pōt homo uirtuosus omnes uirtutes perdere, nisi per peccatum mortale. Et sic in auctoritate illa inobedientia crimē inculcat. Istud ergo dictū Doctorū ex suppositiōe Romanæ ecclesiæ & Prælatis est obediendū per inferiores in oīibus &c. tñ̄ ualet id est debet obedire sub pœna peccati mortalis. Vnde ad istum sensum clamant nunc, q̄ sum Romanæ ecclesiæ inobediens, & propter hoc me excommunicant. Et planum est, ex lege dei & ex lege Canonum, q̄ non debet quis excōmunicari, nisi propter peccatū mortale, ut dixi alibi. Ista suppositione stante pono istam conclusionē. Nulli Apostolicæ Sedi romanæ ecclesiæ, id est nulli Papæ cum Cardinalibus ut Doctores concipiunt & p̄latis est obediendum per inferiores in oīibus, q̄ nec sunt pura mala nec pura bona. Probat̄, nulli Romanæ ecclesiæ & Prælatis tenē sub pœna peccati mortalis rex, marchio, dux, baro, miles, ciuis, uel rusticus obedire ut propria non possideat, uel coniugiū intret, & illa scilicet proprium possidere, cōiugium intrare, nec sunt pura bona nec pura mala illis personis, ergo cōclusio. Consequētia no

ta est & minor, patet per B. Bernardum in epistola ad Adam Monachum, cum dicit. Sciendum uero, quia media quæ in purorum plarunq; seu malorum transeunt rationem. Nam coniugium cum fieri liceat, & non fieri, factum non solui non licet. Quod ergo ante nuptias medium esse liquebat, in coniugatis uim puri boni obtinet. Item propria possidere seculari quidem homini medium est, quoniam & non possidere licet, Monacho uero quia possidere non licet, purum malum est. Hæc Bernardus. Maior sic probatur, Nulli Romanæ ecclesiæ licet præcipere sub pœna peccati mortalis, quæ rex, marchio, dux, baro, miles, ciuis uel rusticus coniugium intret, uel r. o possideat proprium, ergo etiam nullus dictorum sub pœna peccati mortalis tenetur obedire. Consequentia nota est, & antecedens patet, quia non licet Romanæ ecclesiæ supra Christi cõsiliu suum pceptum exaltare. Sed pceptu romano ecclesia quæ rex marchio, dux baro uel miles nihil proprium possideat, exaltaret suum pceptum supra Christi cõsiliu, quod est primum cõsiliu inter duodecim pceptua consilia euangelica, scilicet uoluntaria paupertas, in abdicatione proprietatis consistens, quod sapit egentiam. Christus cõsulit, non pceptu dicens cuidam iuueni principi Matth. xix. Si uis perfectus esse, uade & uende oia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Similiter romana ecclesia pceptu, quæ rex, marchio uel secularis alius intrat cõiugiũ, pceptu contra Christi consiliũ, quod ergo non faceret contra Christũ: castitatis enim uirginæ obseruatiã ad mortẽ, est tertiu consiliũ Christi euangelicũ, de quo Matth. xix. ait. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnũ calorũ. quod Christus non pceptu sed cõsulit, quod cui cõgruit, illud bñuole tenet at, dicens. Qui pōt capere capiat. Magna ergo psumptio foret Romana ecclesia, arctare aliquẽ sub pœna peccati mortalis, ultra cõsilia Dñi sui. Hoc enim foret imponere onera importabilia in humeros hominũ, ut dicit Saluator Matth. xxiii. Quæ scribæ & pharisei sedentes supra cathedrã Moyse non tenent, sed aliis imponunt. Ut dicit Christus ibidem. Vnde dicit Apostolus Christi, qui cõspexit arcana dei, quæ non uidit Romana ecclesia, non fuit ausus pceptu nubere, nec in cõtinẽtia manere. Ideo pri. Corinth. vii. dicit. Vnus

quisq; proprium donū habet a deo, aliū quidem sic, aliū uero sic. Nihil apostolus uoluit p̄cipere, nisi quod dñs per eum p̄cepit, & sic quod fuit utile obedienti. Nam multa sunt consilia aliis, q̄ non sūt nobis consilia ex fragilitate uel ignorantia. Ut unus sine peccato mortali nubit in domino, dum tamen melius esset sibi seruare uirginem suam castam, sed ignorat, credens oppositum. Ideo dicit Apostolus. Vnusquisq; proprium donum habet a deo, aliū quidē sic aliū uero sic. Et sequit̄. Quod si non se continent, nubant, melius est enī nubere q̄ uri. Aliqua itaq; sunt aliquibus magis utilia, q̄ forent aliis minus utilia. Vnde error foret notabilis, credere, q̄ om̄ia Christi consilia forent quibuscunq; utilia, ut impleant ipsa ad literam. Et hinc filius nō tenetur patri obedire sub p̄na peccati mortalis dum p̄cipit, ut nihil possideat, uel q̄ nubat. Similiter est, & de filia, quam non potest licite cōpellere, ut casta maneat ad mortem, uel q̄ nubat. Item. Si id dictum Doctorum foret uerum, q̄ Sedi Apostolicæ Romanæ ecclesiæ est obediendum per inferiores in omnibus &c. Sequitur, q̄ rex Vuēceslaus Romanorum rex & Boemix rex, similiter Sigismundus Hungariæ rex continue peccarēt mortaliter, ex eo, q̄ ad mandatum Romanæ ecclesiæ, & Bonifacii papæ cum Cardinalibus nō obedierunt, in resignando regna, ille regnum Romanorum, & iste regnum Hungariæ. Et planum est, quia resignare regnum illi & isti, nō est purum malum, ut patet ex dicto Bernhaldi. Et cum nondum illud mandatum p̄dicti reges impleuerant, nec per ipsum Bonifacium absoluti sunt. Sequitur, q̄ adhuc in inobedientia perseverant. Sed quis sani capitis, hoc uellet dicere? cum ex lege Domini ipse Papa Bonifacius id non debuit attemptare. Itē sequit̄, q̄ aliqui ex dictis Doctoribus, utputa Stanislus, Petrus Znoyma, Iohannes Heliæ, & adhuc aliquis, sint continue in excommunicatione Papali, patet, quia Sedi Apostolicæ Ro. Curix usq; hodie non obedierunt. Vel si iā propter lites occulte obedierunt, non tamen a prophanatione absoluti sunt, cum mandatum fuit eis per Pontificem Innocentium sub p̄nis excommunicationis, priuationis beneficiorū, & inhabilitatiōis, ut effectualiter darēt & assignarēt locū mgr̄o Mauricio quē optauit.

IOHANNIS HVSSITÆ DE

& ipsi solenniter moniti per Notarium coram testibus, usq; hodie non obediunt illi mandato, cum tñ assignare locū Magistro Mauricio nō est purum malū quod mandat. Quamuis forte ipsi magistro Mauricio est malum, q̄ tam insolite affectant illum locū, & ip

- 4
 7
D **xxiii.** addit, & uocari ab hoibus Rabbi. Item in actibus bōis de genere, ut sunt ieiunium, oratio, q̄ non sunt pura mala, non est parendum Romanæ ecclesiæ, uel Prælati, nisi in mensura librata rōne. Patet, quia contingit subditum ad tantū continuare orōnem atq; ieiuniū, q̄ deficiat nocendo sibi atq; ecclesiæ, sed hoc est fugiendū tam a ꝑcipiente q̄ a subdito, ergo antecedens uerum. Constat enī q̄ foret Dei tentatio obedire Prælati, uel uouere sibi, q̄ nunq̄ nisi tñ comederē uel potarem, nunq̄ nisi tñ de uestimentis aut tegumentis haberem, & sic de aliis consiliis sinistre conceptis. Et multo magis foret stulticia Prælati obligare cōitatem ad gradum hmōi singularem. Cum secundū diuersitatē temporū, infirmitatis & sanitatis, iuuentutis & senectutis, caloris & frigoris oportet in eadē persona talia uariari, & multo magis in cōitate diuersa sunt media ꝑsonis disparibus adaptāda. Cum secundū Aristotelē ii. ethicorū nō est idem mediū apud oēs. Nam medium cibarii proportionatum Miloni, qui uoluit bouem comedere in die, non esset medium proportionale cuiuslibet iuueni, uel decrepito, sano uel infirmo. Et hinc
- E** Saluator suos discipulos de nō ieiunando accusatos, taliter excusauit. Nam Matth. ix. dicit. Acceperunt discipuli Iohannis ad Iesum dicentes. Quare nos & pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant; Saluator istis calumniatoribus, qui se iunxerunt Phariseis in Christi rephensione, respondit, pro discipulis ita dicens. Nunq̄ possunt filii sponsi lugere q̄ diu sponsus cum illis est, uenient autē dies cum ab eis auferet spōsus, & tunc ieiunabunt. Nemo autē cōmittit cōmissuram panni rudis in uestimentū uetus, tollit enī plenitudinem eius a uestimēto, & peior scissura fit. Neq; mit

tunt uinum nouum in ueteres utres, alioqui rumpunt utres, & uinū effundit, & utres pereunt, sed uinū nouū in utres nouos mittunt, & ambo conseruant. Vbi Saluator excusat discipulos a non obseruātia ieiunii. Primo ex eo, quia ipse sponsus ecclesie pro tunc cū filiis suis dispensauit. Secundo, quia illud corporale ieiunium non eis pro tunc competeat, ut dicit Lyra. Vnde dicit Sponsus. Nunq̄ posunt filii sp̄si lugere. i. trīstari affligendo se ieiunio, quasi dicat nō cum eis ieiunium nō competit nunc. Venient aut̄ dies, scilicet passionis, cum auferet̄ ab eis sponsus per mortem, quo ad p̄sentia corporalem, & tunc ieiunabunt, scilicet ieiunio m̄roris. Iuxta illud Iohān. xvi. Plorabitis & flebitis uos, & tunc ieiunabunt scilicet q̄n̄ competit eis tale ieiuniū. Et tūc per duplex exemplum probat Saluator, q̄ non fuit tunc eis competens ieiuniū corporale. Lucae aut̄ quinto tangunt̄ & obseruationes, unde dicit ibi. Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obseruationes faciūt, similiter & pharisæorum, tui aut̄ edunt & bibūt? Quibus ipse ait. Nunq̄ potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus facere ieiunare, quasi dicat, ultra uoluntatem sponsi, nō potestis facere licite, q̄ filii sui ieiunēt. Vere pius Prior & abbas est Christus, qui non aggrauat suos discipulos, sed imponēs iugum suauē & onus leue, dicit de pharisæis & scribis sedentibus super Cathedrā Moysi, q̄ imponunt onera grauiā & importabilia in humeros hoīm, digito aut̄ suo nolūt ea mouere. Sic enim Moderni Pralati & Pœnitentiarii, imponūt multa ieiunia, multas orōnes, & alia populum grauantia, & soli nec faciunt minima Vnde dicunt sapius, comedamus, & mittamus q̄ Ribaldi pronobis ieiunent, cum ergo Saluator uocat onera importabilia talia ip̄sorum mandata, quia ultra Christi mandata & cōsilia hoīes grauatia, quis sapiens diceret, q̄ subditus tenet̄ in talibus sub pœna peccati mortalis suo Pralato obedire? Item manducare nō lotis manibus est opus neutrum, nec pure bonum, nec pure malū, & tū nō fuerunt Christi discipuli, ad mandatum sedentium in Cathedra Moysi obligati pro illo opere, ergo & nunc similiter. Consequētia nota est, cum par sit ratio in traditionibus huiusmodi, in lege Dñi nō fundatis. Secunda pars patet per illud Matth. xv. ubi

F

tt

dicentibus phariseis ad IESVM & scribis. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? non enim lauant manus suas cum panē manducant. Ipse uero eos de transgressione mandatorū Dei reprehendens, ostendit, quod discipuli eius nō in hoc peccauerūt eorum mandata non tenentes, dicens. Non lotis manibus māducare non coinquinat hominem. Quæ ergo ratio nunc, quod quilibet subditus in quolibet actu neutro uel medio sit ad obediendum suo Prælato obligatus. Cum stat Prælatus esse unū stolidū, qui nimis indiscrete talibus actibus neutris subditum aggrauaret. Vnde bene ut supra dictum est Bernhar. cōditiones posuit obedientiæ, inter quas una est, quod sit opus p̄ceptum discretum, cū nimietas uel defectus inficiat. Vnde nulla humana p̄ceptio uel cōsultio est ualida uel seruāda, nisi de quanto causat a diuina exemplante. Et hinc est, quod nulla obedientia facta p̄posito prodest ad meritum, nisi de quanto inclinatur ad

G obedientiæ mandatorum & consiliorū dñi IESV Christi. Patet, quia obedientia Christo debita uel facta, est per se ratio meriti, quod ut crescit uel decrescit, sic & meritum. Vnde nihil est religiosius quod obedientia deo facta, ut docet Decretū viii. q. i. Ca. Sciendū. Vbi notat quod Samuel propheta dicit pri. Regum xii. Melior est obedientia quam uictima, & quasi ariolandi peccatū est repugnare, & quasi scelus nolere acquiescere. Sola obedientia, inquit Decretum, est uirtus, quod fidei possidet meritū, sine qua quilibet esse infidelis cōuincit, & si fidelis esse uideat. Victimis, inquit, mactat caro aliena, sed per obedientiam mactat uolūtas propria, ubi patet luce clarius, quod loquitur de obedientia deo debita. Nā pri. Regū xv. dicit Samuel ad Saul. Pro eo ergo quod abiicisti sermonem dñi abiicit te Dñs, ne sis rex. Dixitque Saul ad Samuel. Peccaui, quia p̄uaticatus sum sermonem dñi, & uerba tua timens populum & obediens uoci eorum. Et patet, quantum blasphemant Prælati populi, qui ex scriptura uel ex lege ecclesia uendicant sibi istam obedientiam. Patet secundo, quod auctoritas August. quā Doctores p̄ se allegant sermōe lxxxvi. ubi dicit. Si ieiunaueris diebus ac noctibus orōnem feceris, si in sacco fueris, uel in cinere, si uel aliud feceris, nisi quod p̄ceptū est in lege, & tibi ipsi uisus fueris sapiēs, & obediens patri nō fueris, intellige nō patri corporali, sed spiritali,

oēs uirtutes perdidisti. Patet, quia qui deo patri spirituali non obediit oēs uirtutes perdidit. Et hinc addit August. Vnde obedientia pl⁹ H
 ualet q̄ oēs cetera uirtutes morales. Remota ergo est doctoris p̄ba
 tio ex ista auctoritate deducere quod intēdūt. Vtteri⁹ pono istā cō
 clusionē, Nō obstāte excōicatione p̄rensa minata, uel iā lata, debet
 Christianus exeq̄ Christi mandata. Patet ex cōclusionē B. Petri &
 ceterorū Apostolorū. Act. v. Obedire oportet magis deo q̄ hoib⁹.
 Ex isto cōsequenter sequit̄, q̄ sacerdos Christi, uiuens secundū legē
 eius, hīs scripturæ noticiā, & affectū ad adificandū populū, debet p̄
 dicare, nō obstante p̄rensa excōicatione, patet, quia p̄dicare uerbū
 dei est mādatū sacerdotibus. Teste Petro ap̄lo Act. x. Nobis, inquit,
 p̄cepit deus p̄dicare populo & testificari. Et Math. x. hos duodecim
 misit I E S V S p̄cipiēs eis & dicēs. In uia gentiū ne abieritis. Infra.
 Eūtes aut̄ p̄dicare dicētes, quia appropinquat regnū calorū. Et Lu
 cæ ix. & x idē patet. Et patet etiā per August. in p̄logo sermonū suo
 rū, dicēs. Pauci sūt sacerdotes qui uerbū dei iuste p̄dicāt, sed multi
 sunt qui dānabiliter tacent, alii ex ignorātia qui edocere recusant
 Alii ex negligentia, qui uerbū dei cōtemnunt. Sed nec illi nec isti
 possunt de culpa taciturnitatis excusari, cū nec illi p̄esse debeant, q̄
 p̄dicare nesciūt, nec ipsi tacere debēt qui p̄dicare sciunt, licet nō p̄
 sint. Hac ille. Itē per S. Hieronymū super isto textu Ezech. iii. Si di
 cente me ad impiū morte morieris, nō annūciaueris ei, neq; locū
 tus fueris ut auertat a uia sua impia, & uiuāt, ipse quidē ipius in ini
 quitate sua moriet̄, sanguinē aut̄ eius de manu tua requirā. Ibi ait
 Hierony. p̄dicare tenet̄ sacerdos, uideat ne timor humanus eum ta
 cere faciat. Magnū discrimen est Dei tacere sermones, ob triplicē
 causam, uidelicet propter timorem, propter pigritiam, uel propter
 adulationē. Itē per Gregoriū ī pastorali ca. xv. & dist. xliii. Sit rector
 ubi ualde solēniter probat p̄ multas scripturæ autoritates, & inter
 cetera dicit. Scriptum quippe est, ut audiatur sonitus, quando in
 greditur Sanctuarium in conspectu Domini, & non moriatur. Sa
 cerdos nanq; ingrediens uel egrediens moritur, si de eo sonitus
 non audiatur, quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine præ
 dicationis sonitu incedit. Hac ille. Patet idem per beatum Isido

rūm qui libro tertio de Summo bono dicit. Sacerdotes pro iniquitate populorum damnantur, si eos ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant. Hæc ille. Cum ergo ex iam dictis quilibet prædicantis officium de mandato accipit qui ad sacerdotium accedit, patet, quod illud mandatum debet exequi, prætenſa excommunicatione non obſtante. Item, nulli uero catholico debet uerti in dubium, quin imo in doctrina ſufficiens ſit obligator ad docendum ignaros, ad cōſulendum ambiguis, ad caſtigandum effrenos, ad remittendum iniuriantibus, quæ aliqua opera miſericordiæ impendendum, cum ergo ſufficiens ad miniſtrandum elemoſynas corporales teneat ad illas ſub pœna damnationis, ut patet Matth. xxv. multo magis ſufficiens ad elemoſynas ſpirituales. Ex iſto patet, quod prædicare ſacerdoti, & elemoſynam dare diuiti, nõ ſunt opera media, ſed mandata. Vterius patet, quod ſi Papa uel alius Præpoſitus mandat ſacerdoti nõ prædicare, ſic diſpoſito ut dictum eſt. uel non dare elemoſynas diuiti, non debet ſubditus obedire. Vnde iſti innixus mandato Dñi, nõ ſuſcepi de non prædicando mandatum Papæ Alexandri, & hinc humiliter excõmunicationẽ tolero, cõfidens quod mihi conſequar benediſtiõem Dei mei. ad quem dicit Pſalmiſta Maledicent ipſi, tu autẽ benedicet. Qui etiã benedicit dicet Matth. v. Beati eſtis cum maledixerint uobis hoĩes, & dixerint omne malum aduerſum uos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cælis.

CAPVT XXI.

A Iam ad authoritates quas adduxerunt Doctores ad roborandum humanam obedientiã, breuiter eſt dicendum. Nam primo dicunt Romanæ eccleſiæ & Prælatiſ eſt obediendum per inferiores in oĩbus &c. iuxta ſententiã Saluatoris Matth. xxiii. Oĩa quacũque dixerint uobis ſeruate & facite. Hic miror quare Doctores Saluatoris uerba aperte præſciderunt, non enim præpoſuerunt. Supra Cathedralam moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi, nec poſt adiecerunt, ſecundum opera eorum nolite facere. Sed ſolum mediũ poſuerunt dicetes. Oĩa quæcũque dixerint uobis, ſeruate & facite. Hic uideſ mihi

ꝑ ideo fecerunt, quia Papa & alii Prælati ecclesiæ scribis & phari-
 saeis comparari nolunt, & si quid de malis operibus eorum dicif,
 indignant, & ex alio latere Doctores & magistri talibus adulantur,
 & sic illi coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus a uerita-
 te auditum auertetes, & magistri adulant. Ideo Apostoli uaticinif
 in utrifq; adimplet, nam ii. Timoth. iiii. adiurat Apostolus Timo-
 theum dicens. Testificor coram deo & Christo IES V, qui iudica-
 turus est uiuos ac mortuos, & aduentum ipsius & regnum eius, p̄di-
 ca uerbum, in sta oportune, importune, argue, obsecra, increpa, in o-
 mni patientia & doctrina. Erit enī tempus cum sanam doctrinam
 non sustinebunt, sed ad sua desyderia coaceruabunt sibi magistros
 auribus prurientes, & a ueritate quidem auditum auertēt, ad fabu-
 las aut conuertent. Nō ergo mirū, ꝑ Prælati grate doctorū p̄dicto-
 ram dicta suscipiūt, quia oīa dicta illa oleo adulationis linierunt, &
 nullum uerbum correctiōis ad cōprimendum eorum malitiā po-
 suerunt, sed ueniet magister, ep̄s & iudex iustissimus, qui & Docto-
 rum palpationem, & Prælatorū malitiam pensabit rarissimē. Qui di-
 xit. Supra e athe. Moyfi sede. scribæ & phar. Oīa ergo q̄cunq; dixe-
 rint uobis, seruate & facite, secundū uero opera eorū nolite facere,
 dicunt enī & nō faciunt. Vere nō palpauit iste magister Prælatorū
 malitiam, & doctorū ueritatem dixit, suos fideles docuit, & scribas
 sedentes in cathedra ex malis operibus cōfutauit, uerū dixit & do-
 cuit, uerum, quia supra cathedrā Moyfi, de qua supra Cap. xviii. id
 est autoritate iudicandi & docēdi legem dei, in qua dixit Moyfes
 Exo. xviii. Veniunt ad me ut iudicem inter eos, & ostendam p̄ce-
 pta Dei, & leges eius, Oīa ergo quæcunq; dixerint uobis. Interli. ad
 Cathedram pertinētia, seruate scilicet in corde. & facite, in opere,
 Secundum uero opera eorū nolite facere. Interli. doctrinam tenete,
 nō uitam, dicunt enim & nō faciunt. Chrysof. Fidem, inquit, prædi-
 cant, & infideliter agunt, aliis pacem dant, & met nō habent, uerita-
 tem clamant, & mendaciū diligunt, auaritiam castigant, & cupidi-
 tatem diligunt, Augustinus ubi supra cap. xviii. Sedendo enī cathe-
 dram moyfi legem dei docent, ergo Deus per illos docet, sua uero
 si uelint illi docere, nolite audire, nolite facere. Patet ergo uerissi-

num Christi dictū & mandatū, quo planū est, non mandat omnia
 p̄cepta in Moyfi cathedra sedētium seruare & facere, quia alias nō
 diceret postea, Imponunt eī onera grauiā & importabilia, & per
 cōsequens q̄ non debēt portari, & patet in Capitulo proximo, quō
 de nō lotis manibus manducare mandato, & de ieiunio suos disci
 pulos excusauit. Tunc ad autoritatē Augustinus quā immediate
 adiungunt Doctores, dictum est in p̄cedenti Capitulo prope finem

- C** Ad dictum B. Hieronymi de explanatiōe fidei dictum est Cap. xvi.
 supponendo q̄ fuisse locutus ad Damasum Papam, sed multis li
 bris antiquis conspectis, comperimus, q̄ scripsit ad B. August. quē
 sapius uocat Papam in suis epistolis, qui Augustinus fuit uerus pa
 pa, in una significatione tenens Petri sedem & fidē, ut patet prope
 principiū Cap. xiii. ad B. Bernhardi in qua loquit̄ de puro bono
 & puro malo & de medio, de quo supra dictū est Cap. xix. Et addit̄
 Et in his mediis lex posita est obedientiæ, tanq̄ in ligno sciētia bo
 ni & mali, quod erat in medio Paradisi. In his profecto phas nō est
 nostrū sensum sententiæ p̄scribere Magistrorū, in his oīno p̄latore
 nec iussio, nec prohibitio contemnēda. Ibi est aduertendū, q̄ illud
 aduerbiū similitudinis, tanq̄, dicit quādam similitudinē, sed nō oī
 modā. Nā Gen. ii. in ligno sciētia boni & mali, lex posita ē a deo
 qui nec fallere nec falli pōt. Et hęc lex sub p̄cna mortis posita est,
 nam dixit deus ad Adā, De ligno sciētia boni & mali ne comedēs,
D in quocunq; eī die comederis ex eo, morieris. Pensandus est ergo
 ibi p̄ceptor, pensandū p̄ceptū, pensanda est conditio hoīs obediēti
 arii. Præceptor deus qui nō pōt errare. Præceptū ualde utile. & hō
 qui audiuit ipsum Deū p̄cipientē, comedere ergo de ligno sciētia
 boni & mali post p̄ceptū negatiuū purum malū fuit. Iuxta hoc po
 nat̄, q̄ p̄latus Petrus p̄cipiat Ioanni suo subdito colligere fraga, &
 penset̄, si in hoc p̄cipiēs non pōt errare, & quantū est illud opus obe
 dientiaro utile, & obedientiaro siue ad opus illud dispositus, sicut
 Adā ad mandatū dei, & planū est, q̄ in oībus tribus nō est par silitu
 do. Nā & p̄latus pōt errare, & opus non est tā utile, & obedientiarū
 stat nō ita esse ad illud opus dispositū, ut Adā ad dñi mādatū. Ideo
 dicit Bernhar. q̄ opus mediū est quod pro mō, loco, tēpore, uel per

sona potest & bonū esse & malū. Vbi iste sanctus ponit circūstitias ex parte p̄cipientis, ex parte operis, & ex parte obedientiarum. Vñ cū dicit opus mediū est, q̄d pro modo ubi innuit mensurā debitā rationis, sic ut p̄cipiens nō declinet a diuinis cōsiliis. Nā si p̄latus p̄cipere Petro subdito, docto sacerdoti in lege dei, sc̄rophas pascere die dñico, & deus pro eodē die cōsuleret sibi, facere opus supererogationis illi actui incōponibile. Tunc Petrus sacerdos tenet deo obedire in cōsilio, plus q̄ p̄lato in p̄cepto. Patet, nā p̄positus est reuerentior, cui oīs subditus est in obedientia obligator, & actus iniunctus uti lior, modo actus iniunctus a p̄lato, scilicet pascere sc̄rophas die dñico, est in differēs ad meritū, actus autē iniunctus a deo, habet secūdū se rōnem meriti. Vnde uelle quod S. Bernhar. ad istū casum respōderet, si B. Bñdictus sibi p̄cepisset sc̄rophas pascere, & pro eodē tēpore cōsuluisset sibi deus, cōsiliū petētibus in ecclesia, ad salutē aīarum tribuere, aestimo q̄ autoritas cōsulētis, & maior utilitas cōsiliū, q̄ p̄cepti S. Benedicti cōpulisset Bernardū plus diuīo cōsilio q̄ Bñdicti p̄cepto, ad honorē dei & ad salutē petentiū cōsiliū obedire. Et ex isto uideť sequi, q̄ plus obligamur cuiuscūq; diuīo cōsilio, q̄ humano p̄cepto incōponibili. Scđo uideť sequi, q̄ nemo tenet obedire priuato p̄cepto, nisi de q̄to ad diuinū hortat cōsiliū uel p̄ceptū. Et patet q̄ in modo ip̄licat mēsurā debitā rōnis, & qualitas p̄cepti, quas debet obedientiarum discutere & p̄ceptor. Quae enī foret rō ad mandatū stolidi & pinguis Episcopi pascere sacerdotē sc̄rophas, & dimittere sine pastu oues Ch̄ri: sanguīe, p̄prio quas redemit. Si siter p̄sanda ē loci circūstitia, nā si p̄lat⁹ p̄ciperet subdito cōparere in loco inimicorū, subdito mortē machinātū, nō tenet subdit⁹ obedire. Vñ Clemēs Papa quīto de Sē. & re iud. in Clemē. pastoralis, ait. Quis enī auderet, uel qua rōne audere aliquis tenet cōsistorii talis subire iudiciū, se in hostiū sinu reponere, ac ad mortē per uolētā iniuriā, non per iusticiā inferendā, ultroneū se offerre. Hoc quidē de iure timeť, hoc de more uitatur, hoc humana refugit ratio, hoc abhorret natura. Desperet igit̄ qui citationē hmōi saperet artasse citatū. Nec defensionis, q̄ a iure naturali puenit, facultas adimi debet, cū illa etiā Impatori tollere nō licet, q̄ iuris naturalis existunt.

E

F

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori iii. q. v. Quia suspecti & inimici iudices esse non debeant, & ipsa ratio dicit, & pluri^s probat exemplis, nam quid gratius & amabili⁹ dare quis inimico pot, q̄ si ei ad impetendum comiserit, quem laedere forte uoluerit. Quod proinde Constantinopolitana Synodus Canonu suoru sexto dinoscit, phibere capitulo. In eodem cap. Gelasius Papa haereticorū expugnator fortissimus dicit. Quæro, inquit, iudiciu quod pretendit ubi nam possit agitari, & an apud ipsos? ut iidem inimici sint & testes & iudices, sed tali iudicio nec humana debet committi negocia. Quod si iudicio, ubi idem sunt inimici qui iudices, nec humana committi debent iudicia, quanto minus diuina id est ecclesiastica, qui sapiens est intelligat. Et reuera hinc Iustinianus Imperator pius legibus suis promulgasse dinoscit, dicens. Liceat ei qui suspectum sibi iudicem putat, anteq̄ lis inchoet, eum recusare, ut ad alium recurratur. Nam quodammodo naturale est iudiciu insidias declinare, & inimicorum iudiciu uelle fugere. Sic S. Ioannes os aureu Concilii contra se congregati, renuit intrare collegium. Hac ibi, ubi concludit Gratianus. Extra prouinciã aut reus nullatenus est producendus, Vnde Fabianus Papa iii. q. vi. dicit. Ibi em̄ semper causa agat, ubi crimen admittit, & qui nõ probauerit quod obiecit, pœnã quã intulerit ipse patiat. Item Stephanus papa iii. q. vi. Ultra prouinciarum terminos accusandi licentia nõ progrediat, sed ois accusatio intra prouinciã audiat. Idem patet iii. q. vi. ex Romana Synodo ca. Neminẽ. Quis ergo color uel q̄ ratio obedientiã, ut persona citata per CCC. miliaria Papæ incognita ab inimicis delata, tã anxie uadat per inimicos, & ueniat ad inimicos iudices & testes, consumat bona pauperum sumptuose, uel non habens sumptus, uadat misere & in siti & esurie, & quis fructus cõparationis? Certe laboris, a Deo iniuncti negligentia, quo ad propriã salutem & aliorum. Et nec ibi docebit bene credere, sed litigare, quod nõ licet seruo dei Ibi spoliabit in consistorio, in moribus sanctis refrigescit, ad impatientiam per oppressionẽ incitabit, & si non habuerit dare, condemnabit, etiam habes iusticiã. Et quod grauius est, cõpellef Papã ut deũ flexis genibus adorare. Benedictus ergo sit Deus qui Gen.

Verba
Nicolai
papæ

G

xviii. dixit. Descendam & uidebo, utrum clamorē qui uenit ad me opere cōpleuerint, an non est ita, ut sciam. Benedictus sit dei filius qui descendit de caelo, ut quareret & saluum faceret quod perierat Luca xix. Qui circuibat oēs ciuitates & castella, docens in Synagogis eorum, & p̄dicans euangeliū regni, & curans oēm lāguorem & infirmitatem. Videns autē turbas miseratus est eis, quia erāt uexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem. Matth. ix. Benedict⁹ sit ipse Christus qui p̄cepit Petro Matth. xviii. dicens. Si peccauerit frater tuus in te, uade corripe eum inter te & ipsum solū. Vnde non reperiet Papa loca alia nisi a cōtrario, q̄ Christus citatiōes huiusmodi uisitabat. Si em̄ Papā perpenderent illam Christi legem Matth. vii. Oīa q̄cunq; uultis ut faciant uobis hoīes, ita & uos facite illis, hęc est lex & propheta, aſtimo, q̄ non rationaliter uellēt, q̄ hoīes citarent & necessitarent eos ad talem uiā periculofam & incognitam peragenda. Cur ergo urgerent alios sine causa patēte & rationali? Cur laborare? pensarent quidem uitam exemplarem Christi Pontificis, qui pie errantes & oppressos a diabolo uisitauit, nō citando, nō excōicando, nec incarcerando, uel cōburendo, quiq; p̄cepit Petro & in ipso cuilibet eius Vicario dicens. Si peccauerit frater tuus in te, uade & corripe eum &c. Vbi notaret Petri Vicari⁹ **H** Primo, q̄ cum uult fratrem corripere, debet se primū irrephensibilem seruare, cum charitas debet incipere a seipsa. Quō ergo Prælatus totus perfusus Symoniaca haresi, superbia, luxuria uel auaritia potest licite corripere fratrem? cui dicit Dñs. Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, & tunc prospicies, ut educas festucā de oculo fratris tui. Luca vi. Vel quomodo poterit cōdēnare ad mortem aliquem? cum dicit Saluator Iohañ. viii. Qui sine peccato est uestrum, primus in illā lapidē mittat. Reuera p̄fata ista lege Christi, raris inueniret istis temporibus Prælatus, qui posset aliquē licite corrigere, uel de prauitate haretica condemnare. Notaret secundo Christi Vicarius, quia Saluator p̄cipit dicens. Vade, ubi p̄cipit, q̄ iudices debent subditos ad corripiendū uisitare loca ubi crimē dicit esse cōmissum, ut etiam Iura canunt, Christus em̄ sic fecit, similiter & Apostoli. Et faciet sic Christus in finali iudicio, ut solus

p̄dicat Matth. xxv. Tertio notaret Petri Vicarius uel Prælatus quā
 debet esse in modo corripiendi prudens, assiduus, & intentus, q̄ nō
I excōicet ante finem correptionis tertiæ. Quarto notaret sibi mul-
 titudinem testiū fidelium, quibus constaret de fratris crimine. Et
 quinto diceret ecclesiæ ut maiori. Sic em̄ p̄cepit Petro dñs, dic ec-
 clesiæ. Ex iam dictis recolligo, q̄ excōicatio me non afficit p̄tensa,
 siue nō ligat, quia inimici iudices & testes resident Romæ, & iudi-
 cem principaliter tangit causam. Est mihi distantia longa, inimi-
 cis teutonicis undiq̄ circumsepta, nō uideo cōparitionis fructū, sed
 negligentiam plæbis in uerbo Dei, spero q̄ p̄muniuit me Christus
 dum dixit Matth. x. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio lupo-
 rum, estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colum-
 bæ. Cauete aut̄ uobis ab hoībus, tradent em̄ uos in conciliis, & in sy-
 nagogis flagellabūt uos. Et Matth. xxiii. Ecce p̄dixi uobis. Si ergo
 dixerint ecce in deserto est, nolite exire, ecce in penetralib⁹, nolite
 credere, ecce hic est Christus aut illic, nolite credere, ipsi ergo Chri-
 sto me cōmisi ut siue excōicatione p̄tensa hoīm, siue extra illā per
 naturalem mortem, uel per uiolentam terminet uitam meā. Tūc
 de circumstantia temporis, non est dubiū quin requirer̄ scire p̄cipiē-
 tem similiter & obedientē, q̄n̄ actus bonus de genere uel neuter de-
 bet fieri. Si em̄ in festo Paschæ p̄ciperet ieiunare p̄latus subdito, uel
 in Parasceue nō ieiunare sano corpore existente. Nunquid foret li-
 citum subdito obedire cōtra consuetudinem approbatā ecclesiæ?
 & contra conscientiā ipsius subditi repugnātē? Vel si nocte media
 per syluas inter feras crudeles sine necessitate p̄ciperet diuagari, &
 multa sunt mandata talia repugnantia rationi. Nec debet trahi in
 consequens, si alicubi in Vitispatrum reperiat subditos in talibus
 impertinentibus operibus uel neutris obedisse. Sicut quosdam san-
 ctorum Patrū, ut dicit Hugo de sancto Victore in libello intitula-
 to de his q̄ licite fieri nō possunt. Sicut, inquit, quosdam sanctorū
K patrum legimus multa dicta ab humana rōne aliena, ad experien-
 dum obedientiæ uirtutē subiectis p̄cepisse, ut siccos stipites donec
 germina produxerunt irrigare, dura saxa aqua superflua mollire,
 feroces bestias uerbo imperii domare. Quantū ad circūstantiā per

sonæ patet, omnem rōnem esse directiorē tam in opere bono de genere q̄ in opere neutro. In opere bono de genere si p̄cipiat Præ-
 latus subdito dare elemosynā depauperando pueros, uel suscipere
 pœnitentiam in ieiunio, quod nō potest sufferre competenter, uel
 multas orōnes facere, prout faciunt hoībus grauamina cōfessores.
 Certe in talibus casibus nec Papa est audiendus, cum parēs plus te-
 neſ pueros nutrire q̄ alios elemosynare, & onera importabilia nō
 tenet suscipere. Et par ratio est in operibus neutris. Si enī Papa p̄ci-
 peret mihi fistulare, turreſ ædificare, sarcire uel texere uestimenta,
 & sarcire falsutia, nunq̄ nō deberet mea ratio iudicare q̄ stulte Pa-
 pa p̄ciperet? Cur sensum meum in hoc non p̄ferrem sententiæ Pa-
 pæ? imo si cum oībus nostris Doctoribus mihi illa p̄ciperet, ratio
 iudicaret q̄ ipsorum sententia foret stulta. Item si Papa proprio
 motu daret etiam p̄cipiendo ut accipiat Episcopatū uni inhabili
 propter uitam uitiosam, & propter legis Dei ignorantiam, necnō
 propter idiomatis populi inexperientiā quē deberet regere, nūqd
 ille deberet obedire in acceptando? & planum est q̄ non. Similiter
 nec populus ille deberet illum acceptare, cum nec pastorē scropha-
 rum uel caprarū uellent sibi constituere illum, qui pro pascendis il-
 lis pecoribus nō ualeret. Et patet, q̄ oēm fidelē Christi discipulum
 respicere ad primū exēplar Christū, & de tanto audire p̄latum de
 quanto p̄cipit legē eius, & rationabilia & ædificatoria, & sic licita
 subdito. Nam dicit Cyprianus martyr dist. viii. in Decreto. Si solus
 Christus audiendus est, nō debemus attendere q̄ alius ante nos fa-
 ciendum putauerit, sed quid qui ante oēs est Christus prior fecerit.
 Istam firmissimā regulam postponunt Antichristi Satrapæ, qui di-
 cunt inobedientia facta statutis Papalibus est grauissime puniēda,
 & sic Christus cū lege sua postponit. Vñ posito, q̄ Papæ & p̄latis est
 in oībus neutris obediēdū, Papa posset difficultando legē Christi
 decernere, q̄ nullus christianus faciat aliqd op⁹ neutrū, nisi qd̄ ip̄e
 posterius approbādo ratificat, & cōsequēter posset ordinare suos sa-
 trapas, ad citādum quoscūq; comparere respōsuros in suo iudicio,
 & sic quod possent ad uotum uexare, & multare populum, ut fa-
 ciunt in absolutionibus, in reseruationibus & in dispensationibus.

Et ut credid̄ practifarent hoc amplius, nisi q̄ timent q̄ populus per
 cipiēs eorum uerfutia rebellaret. Iam em̄ Deus populum illumiat
 ne seducaf a uiis Christi. Nam Danielis cap. ix. prophetauit dicēs.
 Et brachia ex eo stabunt & polluent Sanctuariū, & dabunt abomi
 nationem in desolationem, & impii in testamentū simulabūt frau
 dulēter. Populus aut̄ sciens dñm suum obtinebit & faciet. Brachia
 Antichristi quæ stant & polluunt Sanctuarium dei, sicut mali pla
 ti, qui sunt abominatio propter scelera, & desolatio in abiectione
 imitationis Christi. De qua abominatione Christus dicit Matth.
 xxiiii. Cum uideritis abominationē desolationis stantem in loco
 M sancto. Et Marci xiii. Stantem ubi non debet, quæ dicta est a Danie
 le propheta, & cum addit Propheta. Et impii in testamentū simu
 labunt fraudulenter, quia dicent se testamentū Christi tenere, sed
 non tenebunt, quia glosabunt sinistre ad excellentiā suam, & ad ex
 cusandum peccata sua, Populus aut̄ sciens dñm suum, id est cogno
 scens ex dono gratiæ dei, Christum per imitationē obtinebit, & fa
 ciet mandata testamenti Dñi I E S V Christi. Sed quia ista docen
 tibus, mortis occurrit persecutio, ideo dicit ultra Daniel. Et docti ī
 populo docebunt plurimos, & ruent in gladio, & in flamma, & in ca
 ptiuitate, & in ruina dierum. Cūq; corruerint subleuabunt̄ auxilio
 paruulorū, & applicabunt̄ eis plurimi fraudulenter. Istius textus in
 telligentiam exponit facti experientia, quia docti per gratiam dei
 simplices Laici & sacerdotes docēt plurimos uitæ bonæ exemplo,
 & contra dicentes publice Antichristi mendacio, uerbo ruunt in
 gladio, ut patet de Laicis Iohanne, Martino & Stascone, qui cōtra
 dicentes Antichrii discipulis mendacibus in gladio corruerūt. Alii
 aut̄ exponentes ceruices suas pro ueritate martyrizati sunt, capti
 uati, carcerati & trucidati, & tñ ueritatem Christi non negauerūt,
 N tam sacerdotes q̄ Laici & mulieres. Sed qui applicabant̄ eis frau
 dulenter abierunt, nam exterriti censuris Antichristi & captiuatio
 nibus in uiam contrariā sunt conuersi. Adhuc aut̄ multiplicat dñs
 filios ecclesiæ qui bene patientes sunt, & annunciant Christi dñi ue
 ritatem. Benedictus ergo sit deus & pater dñi nostri I E S V Chri
 sti, qui abiecit uiam ueritatis a sapientibus & prudentibus, & re

nelauit eam Laicis simplicibus & paruulis sacerdotibus, qui eligunt
 magis Deo quam hoibus obedire, qui etiam in actibus bonis de genere,
 & in actibus neutris uitam Christi habentes praeculis, de tanto pre-
 latis obediunt, de quanto illi actus limitati circumstantiis possunt
 reduci ratiobaliter ad adificationem imitationis IESV Christi O
 Ipsi enim uere concipiunt, quod actu ut sit uirtuosus octo circumstantiae
 rectificent, quae patent in hoc uersu. Quis, quid, ubi, quantum, quot
 cur, quomodo, quando. Quis, ergo ad personam qua debet obedire. Quid, scilicet
 debet facere cum mandatur. Vbi, quia in uno loco competit in actu bo-
 no de genere uel neutro obedire, & non sic in alio uel quolibet. Quan-
 tum, scilicet debet obedire, quia ad tantum ad quantum mandatur ali-
 quid adificatorium reducibile ad mandatum uel ad consilium IESV
 Christi. Non enim in infinitum tenetur obedire quis suo priuato Propo-
 sito, sicut garriunt insensati, dicentes, quod Papae potentia extenditur ad
 mandandum infinite, cui de tanto debent Christiani singuli obedire.
 Quot, scilicet actus potest licite facere cum non oportet, si subditus ad
 mandatum presbyteri iniungentis poenitentiam dat duos grossos uel
 denarios, ieiunat tres hebdomadatim dies. Quod ergo det tot gros-
 sos, uel ieiunet tot dies quot Idiota praecipit, uel limitet nisi bursum sa-
 ciet confessoris, quod tantum det pro fabrica ecclesiae S. Petri, quantum opor-
 teret ibi existens, & tantum ad Cameram Papae, quantum consumeret in
 itinere, & sic de aliis taxis a diabolo adinuentis. Pensare etiam debet
 fidelis circumstantiam finis Cur scilicet, id est propter quem finem de-
 bet in actu qui percipitur obedire, quia si ducit ad honorem Dei, ad
 profectum ecclesiae directe, tunc est finis bonus. si autem pretenditur finis
 alius, tunc est contra illud Apostoli. Quicquid facitis in nomine IESV
 Christi facite. Finis enim mensurat omnia media, quae fiunt propter illum
 Unde concludit Aristoteles ii. de anima dicens. Omnia ergo a fine deno-
 minari iustum est, ut si finis bonus, medium ad illum quoque bonum
 est. Adde etiam alia circumstantia, cum dicitur Quomodo. Nam non
 sufficit bonum de genere facere, sed quod illud bene fiat requiritur,
 nihil autem bene fit ab homine, nisi dum est in charitate, ideo dicit Apo- P
 stolus. Omnia uestra in charitate fiant. Et quod nihil bene fit sine cha-
 ritate ab homine, probat Apostolus pri. Corinth. xiii. dicens, Si distri-

buero oēs facultates meas in cibos pauperum, charitatē autē nō habeam. nihil mihi prodest. Et ratio est, quia nō pōt palmas fructū facere, nisi manserit in uite, ut dicit Saluator Iohān. xii. sic inquit. Nō potestis fructum facere, nisi in me manseritis, scilicet per charitatē. Vnde gñaliter dicit, ut quidam Philosophus noīe Phantasma protulit, q̄ nō nōminum, sed aduerbiorū remunerator est deus. Et patet, q̄ ad uerā obedientiā requirit̄ gratia siue charitas, & tunc alia circūstantiā in isto aduerbio implicatē, scilicet Quomō, quia op̄ p̄ceptum obedientiaris debet exequi charitatiue, humiliter, prudenter, latanter, fortiter & parate. Vltima cōditio est Quando, scilicet congruit opus p̄ceptū exequi, ut ante dictū est de tempore, quia sine dubio multi sunt actus boni, de gñe & neutri, quos nō expedit in quocunq; tēpore p̄cipere, & per consequens nec expedit in illis quandolibet obedire. Sed pro illo arguit̄ adhuc sic, posito q̄ Papa iniungat cuicunq; Clerico sibi subdito uirtute sanctæ obedientiæ, & sub obtētū absolutionis a pœna & culpa, uel alterius suffragii sp̄i ritualis, q̄ obuiet primo plene Papæ obedienti, & iniungat cuicunq; Laico sub forma simili, q̄ obuiet primo Papæ inobedienti, & fiat ista iniunctio sub grauiissimo anathemate, & posito cū hoc, q̄ oīs Clericus uel Laicus Papæ isti subiectus, fuit primo plene sibi obediens, & q̄ oīs Clericus obuiet primo singulariter Laico, & ecōtra. Et uidet̄ sequi contradictio, quia da q̄ non de Petro Clerico, & de Paulo Laico sibi primo obuiantibus, & quæro, utrū Petrus pro instanti obuiæ sit Papæ obediens. Si sic, tūc in casu oportet dicere, q̄ Paulus pro illo instanti sit Papæ inobediens, quia cum primo obuiat Petro qui est plene Papæ inobediens, & iniunctū est sibi q̄ primo obuiet Papæ inobedienti, sequit̄, q̄ Paulus incurrit notam inobediētia, & sic Petrus si in casu isto Petrus, pro instāti sit obuiæ Papæ inobediens, tunc oportet concedere Paulum esse obedientem, & consequenter Petrum, quia ante obuiam fuit uterq; obediens, & Petrus ex obuia non fit inobediens, sed confirmat̄ eius obedientia iuxta dicta. Nec ualet negare casum propter talia. Primo, quia solum neutrum uel possibile est p̄ceptum. Secundo, quia Prælatus potest p̄cipere simpliciter impossibile, & oīno irrationabile, igit̄ per

idem uel a maiori potest istud ꝑcipere, ideo non restat respõsio nisi si ueritas, q̄ propter suum ꝑcipere nec magis nec min⁹ incurrit clericus uel Laicus pœn̄i uel ꝑm̄ium. Quia oportet ꝑceptum cui obedire esse prius rationabile apud Deum. Et tunc fieret, licet nemo sub obedientia humana illud ꝑciperet, cum aliter homo fieret inobediens rationi. Et patet, q̄ sicut in isto casu non restat expectare plenã remissionẽ uel anathema, sic generaliter nec in populi iudicio, nisi de quãto q̄s promeruerit apud Deũ. Oportet em̄ q̄ obiect⁹ iste logicus sit solutus. Similiter posito, q̄ Petrus Prior habeat secundas duodenas claustrales oēs sibi obedientes, & ꝑcipiat stabilitiori duodenã, q̄ non colloquat̄ cũ reliqua, nisi forte inobediẽte ad obedientiã reducendũ. Et patet, q̄ secunda duodena non colloquat̄ cum reliqua, nisi obediente Petro ad obedientiã confirmandũ, & incipiat Paulus prioris duodenã loqui cum Lino secundã duodenã, utroq̄ ꝑstante in hoc obedientiam obseruare, sic q̄ cõtinue ante illud colloquium utroq̄ fuit rite Petro obediens, & patebit cõtradictio. Item ut dicit Bernhar. in epistola ad Adam monachũ, q̄ media indifferenter & bene pariter & male possunt uel iuberi uel prohiberi. Ergo dum male iubet uel prohibet Præpositus, debet ipsum dum cognouerit male iubentem uel prohibentem subditus ex lege charitatis tanquam fratrem corripere, dum ut sic iubendo uel prohibendo, peccat in Deum & in fratrem. Patet per illam Christi IES V regulã Matthæi decimo octauo. Si peccauerit frater tu⁹ in te, corripe eum inter te & ipsum solum. Nec obstat, q̄ excellentior uirtute corripiat inferiorem in moribus, licet sit superior ad statum, aliter enim periret ista lex Christi, quã ordinat quemcunq̄ Christianum Prælatum cum peccauerit ab alio corrigendũ Lex enim ista dicit uniuersaliter. Si peccauerit in te frater tu⁹, corripe eum. Vnde si per impossibile Christus peccauerit, cum sit frater noster, ad Hebræos secundo capitulo, foret ab ecclesia corrigendus. Vnde hoc innuebat dicens Iohannis octauo ad turbas. Quis ex uobis arguet me de peccato. Vnde pertinenter canit Ecclesia in persona Saluatoris nostri. Popule me⁹ quid feci tibi, aut in quo cõtristauit te, responde mihi, scilicet obiciendo. Et Esaia cap. primo.

Quiescite agere peruerse, discite benefacere, quarite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam, & uenite & arguite me dicit dñs. Patet ergo, q̄ oīs uiator peccādo debet corripī a confratre, aliter em̄ deficeret lex Christi, ordinando remediū cōtra maculā sponſæ suæ, cui Paulus contradicit ad Galat. xx. cū pro leui culpa in faciem restitit Petro Papæ, & in scripto reliquit posteris, ut in casu similiter facerent fratri suo. Ideo perfidum est asserere, q̄ status superior nō pōt corripī a subdito inferiori in morib⁹. pōt ergo licite in casu filius patrem, filia matrē, subdit⁹ Pralatū, discipulus magistrū, corripere, ex regula charitatis. Sed obiicit cōtra ista per hoc, q̄ Papa gerit uicem in terris dñi IESV Christi, sed ipsum nō licuit alicui corripere, ut patet Matth. xvi. Vbi propter correctionem Christi Petrus uocaf̄ Sathanas, igit̄ nec eius uicem gerentem licet corripere? Sed ista argutia nimis claudicat, cū oportet dicere, q̄ oīs Christi Vicarius sit ipeccabilis sicut Christus. Sed bene sequit̄, q̄ nec Papa nec alius debet corripī uel corrigī, in quātū sequit̄ caput Christū. Sed si Epūs uel confessor uicem Christi gerēs, attēptat actum luxuriæ in uirgine, uel casta coniuge, Nunq̄ nō debet eum uehementer corripere tanq̄ Antichristū? & suæ animæ perfidum inimicū? Nō em̄ in illo actu illicito gerit uicem Christi, sed uerius Antichristi & diaboli tēptātis nequissime mulierem. Et patet, q̄ istud dictum Bernhaldi quod Doctores adducunt, q̄ in iis scilicet mediis profecto phas non est nostrū sensum sententiæ p̄scribere Magistrorū, in his oīno Pralatorū nec iussio nec contemnda prohibitio, debet intelligi circumstantiis ad actum obedientiæ debite appositis, ut dictū est, pro modo, loco, tempore, & persona. Sape em̄ rationabiliter discipulus in actu indifferenti, siue neutro uel etiam bono de genere nō obedit, ostendens rationē, quia nō sic expedit obedire. Sicut mihi frequentius acciderat, dum mandauī, & doctus de meliori etiā gratanter informationē suscipiens discipulo obediui, Et per est ratio de Pralato, cū nostris tēporibus Pralati, frequenter propter ignorantia in mandatis delirantes, sunt a subditis charitatiue ad profectum ecclesiæ arguendi. Sed adhuc obiicit contra istud. Nam par in parem nō habet imperiū. Cū igit̄

Papa excedit omnem personā uiantem, & quilibet superior suum
 subditū, uideſ q̄ non intereſt alicuius uiantis Papam, nec alicquem
 subditū corrigere ſuū Prælatū. Hic diciſ, q̄ antecedente exiſtente
 neceſſario, cum neceſſario Deus pater non habet imperiū in Spiri
 tum ſanctum, & tñ ſunt pares perſona, non ualet conſequentia, etiā
 neceſſario deus pater habet imperium in filiū ſecundum humani
 tatem aſſumptam, & tñ absolute neceſſario ſunt pares. Ideo ſi nul
 lus par in parem habet imperiū, fides catholica calumniā patereſ.
 Et iterum, quoddam eſt imperiū uicarium, cuiuſmodi eſt om̄e hu
 manum imperium, quo modo loquit̄ Apoſtolus pri. Timoth. vi. Di
 uitibus huius ſeculi ꝑcipe nō ſublime ſapere. Quoddam aut̄ impe
 rium eſt ex ſe uel originaliter autenticū ſuper quamlibet creaturā
 Et patet, q̄ nuda ſit iſta argutia, quo ad materiam & formā, intelli
 git eū per hoc principium, q̄ par nō habet imperiū auctoritatiuū
 in ſuum parem, ſub ratione qua eſt par taliter imperanti. Sed quid
 obeſt q̄ excellentior uirtute inferiore corripiat in moribus, licet
 ſit ſuperior quo ad ſtatū. Sed adhuc obiiciſ ex Canone diſt. xxi.
 Nunc aut̄, ubi diciſ, q̄ nullus ſanctorum Epōrum auſus eſt in Mar
 cellinū Papam proferre ſententiā. Sed dixerūt, Tuo ore iudica cau
 ſam tuam, non noſtro iudicio ſubiacebis. Hic diciſ, q̄ iſtud dictum
 Epōrum non poteſt tollere legē Dei, qua in Paulo corripuit Papā
 Petrum. Secūdo diciſ, q̄ ualde ſuperfluū foret, eos ipſum in tali ca
 ſu corripere, qui perceperunt ex eius contritiōe, q̄ fuit plene corre
 ptus a dño. Tertio diciſ, q̄ ſatis correptus eſt ab eis dum dixerunt.
 Tuo ore iudica cauſam tuā, non noſtro iudicio. Et iterum. Noli au
 diri in noſtro iudicio, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuā. Et ruruſum
 Qm̄ ex te, inquit, iuſtificaberis, aut ex tuo ore damnaberis. Pro
 certo magna eſt iſta correptio, quia corripientes retorquent ſentē
 tiam correptionis in ipſum Papam. Vnde audiēs hęc Marcellin⁹,
 in ſe depoſitiōis dictauit ſententiā. Et patet, q̄ pōt ſubditus cū pru
 dentia ex regula charitatis ſuperiore errantē corrigere, & ad uiam
 reducere ueritatis. Si em̄ ſuperior per deuiū in latronum pergeret
 ſpolium, uel in mortis periculū, liceret ſubdito ipſum retrahere, &
 ſic a periculo ꝑſeruare. Ergo a maiori hoc eſt licitū, dum ſuperior

per morum deuiū currit in spoliū dæmonū, & in periculū mortis peccatorum? Si ergo in primo gauderet superior, cur non gauderet amplius in secundo? Si custodem adhibet in primo, cur non adhibet in secundo. Nec obstat illud dictum B. Augustini in de cōflictu uirtutum & uitiorum. Quales esse debeant hi qui imperant, non est a subditis discutiendum. Hoc uerum est & planum, q̄ non debent discutere temere, quales esse debent, ratio tamen dicit eis, q̄ debent esse boni, q̄ nō debent enormiter uiuere, & si male uiuunt, hoc considerantes subditi, debent mala eorum opera p̄cauere. Vnde dicit Augustinus. Si obtemperādum est imperio humano, necesse est subdi diuino magisterio. Ipse em̄ dicit. Qui uos audit me audit, qui uos spernit me spernit. Et post subiungit, Sed tamen quia non omnes tales futuros esse p̄uidit subiectorum omniū personas in discipulis assumens dicit p̄monens. Supra Cathedram Moyfi sederunt scribæ & pharisæi, quæ dicunt uobis facite, quæ autem faciunt, nolite facere. Et patet, q̄ zelo bonæ intentionis debet subditi maiorum uitam discutere uel pensare, ut si sint boni, ipsos imitent. si mali, non sequantur eorum opera, sed in spiritu humili orent pro eis, & obseruent dum p̄cipiunt bona. Alias non discuterent, caderent cum cæco duce in foueam, & de facili contingeret, q̄ Antichristum ut deum colerent, & ueluti plabs Iudæorum Prælati consentiens, contra Christum dominum conspirarent.

CAPVT XXII.

A P̄NONVNT ultimo Doctores in suo scripto sic. Demum quia processus contra Magistrum Ioannem Husz per cōmunitatē Cleri in Praga sunt recepti, & eis paruertunt, igit̄ eis obediendum est, & præsertim cum ibi non prohibeatur purum bonum aliquid, nec præcipiatur purum malum. Sed secundū stylum ecclesiæ Curia Romanæ consuetū & obseruatum, ante patres patrū n̄forū p̄cipiant̄ ibi sola media inter pura bona & inter pura mala, q̄ pro modo, loco & tēpore, & bona possunt esse & mala, & in his mediis secundū doctrinā euangelicā, & secundū Bernhar. est parādum &c. Et addūt. Nec est Cleri in Praga iudicare, si iusta uel iniusta sit Ma

gistri Ioannis Husexcōicatio &c. Pro isto in processibus de quib⁹ ad p̄sens principaliter consyde-ro, scilicet Excōicationem, suspensi onē & interdictū, de quibus dicam breuiter. Hoc prius discutiēs, q̄ Doctorū ualde mala est ista cōsequētia. Quia processus cōtra Ioan nē Hus per cōitatem Cleri in Praga sunt recepti, & eis paruerunt, igit̄ eis obediendum est. At si sic argueret. Quia processus per cō munitatē Cleri in Hierusalē contra Christū recepti erāt, q̄ ipse est seductor, malefactor, & blasphemus excōicatus, & reus mortis, igit̄ per ipsos Doctores illis processibus parēdum est. Tenet cōsequētia a simili per illud medium causa, quia processus illi a Clero recepti sunt, & deberent Doctores Theologiae, & p̄sertim Stanislaus cū sit inter illos logicus potior, uerecundari de illa cōsequētia, Forte di dicerunt illā consequentiā a Pōtificibus, a scribis & phariseis, qui si milem cōsequentiā formauerunt. Nam Iohañ. xviii. cū Pilatus di xit eis. Quā accusatiōne affertis aduersus hoīem hunc? Responde runt & dixerūt, istā consequentiā formantes. Si non esset hic male factor, nō tibi tradidissimus eū. Et Iohañ. xix. ponit istā causalem cum dixit Pilatus. Ego non inuenio in eo causam. Nos legē habē mus, & secundū legem debet mori, quia filiū dei se fecit. In prima cōsequētia Iudaorū, Doctores iplicabant q̄ ipsi nō errabāt dicē tes. Si nō esset hic malefactor nō tibi tradidissimus eū, hoc est, quia hic est malefactor, igit̄ tradidimus tibi eū. Similiter nostri Docto res implicant in sua consequētia, q̄ cōitas Cleri in Praga nō pōt errare, alias si posset, tunc eorū consequētia nō ualeret. Et quia po test illa cōmunitas errare in accipiēdo processus, sicut & errat, ip sos acquirendo, & malitiose exequendo, ideo Doctorū cōsequētia non est bona. Et miror quō cauda enormis Doctorū, qua uolunt B uerecundiā tegere illi dicto, dum addit̄ ista cauda. Nec est Cleri in Praga iudicare si iusta uel iniusta sit Magistri Ioannis Husexcōi catio. Si enī illis processibus obediendum est de excōmunicatiōe, igitur obediendum est eis ut sint iusti, & non ut sint iniusti. Et quia Clerus cum Doctoribus obedit eis, & acceperunt eos, igitur obe dit eis ut iustis, & accepit eos ut iustos, & per consequens iudica uerunt Doctores cum Clero q̄ processus sunt iusti. Et tamen cau

da eorum dicit, q̄ non est Cleri in Praga iudicare, si iusta uel iniusta sit Magistri Iohannis Husz excommunicatio. & contradictio manifesta confirmat. Clerus in Praga clamat, confirmat & asserit qd̄ excōicatio Magistri Ioannis Hus est iusta, igif̄ Clerus in Praga iudicat qd̄ illa excōicatio est iusta, & cauda Doctorū dicit, qd̄ non est Cleri in Praga iudicare, si illa sententia sit iusta uel iniusta. Patet clarissime, qd̄ ista cauda facto & iudicio Cleri in Praga cōtradicat. Item, si non est Cleri in Praga iudicare, qd̄ illa excōicatio sit iusta uel iniusta, & Clerus approbat, & iuxta processus facit, igif̄ clerus in Praga nescit si iuste uel iniuste facit, nec sperat qd̄ iuste facit. Nam spes oportet qd̄ p̄cedat iudicium. Item ipsi Doctores iudicant qd̄ excōicatio Magistri Iohannis Hus est iusta, Patet, quia ipsi iudicāt qd̄ processibus est parendū, et non ut iniustis, ergo ut iustis. Et per consequens Doctores iudicant, qd̄ in processibus p̄cepta excōicatio est iusta. Item dicunt Doctores qd̄ processibus obediendum est, p̄fertim quia in eis non prohibet̄ purum bonū, nec p̄cipif̄ purum malū, sed sola media, in quibus sc̄dm̄ doctrinā euāgelicā & sc̄dm̄ B. Bernhar. est parendū. Igif̄ Doctores iudicant, qd̄ p̄cipitur in processibus sunt iusta, inter q̄ est Ioānis Hus excōicatio, igif̄ ipsi Doctores iudicant qd̄ excōicatio Ioān. Hus est iusta. Et ipsi sūt clerus in Praga, ergo ipsos Doctores redarguit ipsa cauda. Item ipsi iudicant qd̄ excōicatio q̄ in processibus p̄cipif̄, est medium inter purum bonum & purum malum, & dum p̄cipif̄ pro modo, loco, tēpore & persona, tunc transit in purū bonum, quia in Papæ & Prælatorum p̄ceptum, ergo doctores sic iudicantes de excōicatione, iudicāt qd̄ sit iusta. Et tñ ex cauda eorum non debent iudicare qd̄ sit iusta. Et sic faciunt qd̄ non debent, imo nesciunt quid faciunt, quia dicūt qd̄ nō ē clerici in Praga iudicare qd̄ excōicatio Ioānis Hus est iusta, & iudicāt qd̄ est iusta. Et risu dignum est, quō Doctores Iuris ad illam confenserunt caudam, qui iudicant Decreta, decretales, & processus, si sunt iusta, iuste, uel iusti, eo q̄ debent rationabiliter exponere Decreta & decretales, & discernere processus si sunt iusti uel iniusti, & iuxta exigentiā consulere aliis, si debet̄ processus admitti & teneri, uel si non debent admitti & non teneri, uel si debet, uel li-

citum est ab eis appellari. Et patet, q̄ utriq̄ Doctores ꝑcluserunt si
 bi metipsis irrationabiliter iudiciũ rónis. Quomodo aut̄ processus
 contra me fulminati sunt nulli & erronei, Venerandus Magister
 Iohannes de Iessenitz Doctor iuris Canonici Vniuersitatis studii
 Bononiensis, in scholis per determinationẽ publicam clarescere pa
 refecit. Et quia, ut dixi, processus huiusmodi excõicationem, suspẽ
 sionem & interdictũ principaliter ꝑcipiunt, ideo dicam de illis bre
 uiter. Notando primo, q̄ excõicatio dicit̄ extra cõicationem po
 sitio xi. q. iii. Nihil. Et C. Canonica. Et vii. q. i. Viduas. & xxiii. q.
 iii. Cum sacerdos, xi. q. iii. Ois Christianus, & cap. sequenti. Et quia
 excõicatio melius cognoscit̄ per suum oppositũ, q̄ est cõicatio uel
 communio, cum per oppositũ cognoscit̄ omne bonum, similiter
 econtra. Ideo notandum, q̄ Cõmunicatio uel communio bona est
 triplex. Prima est gratiæ diuinæ gratum faciẽtis participatio. Istã
 Apostolus optat Corinthiis dicens ii. Corinth. ulti. Gratia dñi nři
 IESV Christi, & charitas dei, & cõmunicatio spiritus sancti sit cũ
 oibus uobis. Et ista cõicatio est cõmunio sanctorũ, qui sunt corpus
 Christi mysticũ, cuius caput est Christus, quã cõmunionẽ credim⁹
 dicentes. Credo cõmunionẽ sanctorũ. Secunda cõmunicatio uel
 communio est Sacramentorũ participatio. Ephes. iiiii. Vnus dñs,
 una fides, unum baptisma. Specialiter tñ capis̄ pro participatione
 corporis & sanguinis dñi nostri IESV Christi, pri. Corinth. x. Ca
 lix benedictionis cui benedicimus, nonne cõicatio sanguis Christi
 est? & panis quem frãgimus? nonne participatio corporis dñi est?
 quñ uerus panis uerum corpus multi sumus, qui de uno pane & de
 uno calice participamus. Tertia cõmunicatio uel communio est
 suffragiorum participatio, In illa gloriaf̄ iustus Dñs in Psal. Parti
 ceptus ego sum oim̄ timentiuũ te & custodientiuũ mãdata tua. Et ꝑter
 istam triplicem cõicationem est cõicatio, q̄ est conuersatio Chri
 stianorum bonorum & malorum, sicut primæ tres sunt solum bo
 norum hoim̄, & istam quartam mundi hoies magis pensant. Secũ
 do notandum, q̄ in proposito loquor de Excõicatione correspon
 det̄ ad cõicationem quadruplicẽ iam dictam, q̄ primo est a parti
 cipatione diuinæ gratiæ gratum facientis. Et secundo a partici

patione digna Sacramentorū. & tertio a participatione suffragiorum quo ad uitam æternam p̄parantiū separatio, & hoc contrarie quo ad triplicem cōionem. Et ex quarto a conuersatione Christianorum, per censurā iudicis spiritualis uel secularis publica exclusio. Ex istis primo sequit̄, q̄ nunq̄ fit nec pōt esse excōicatio a trib⁹ primis excōicatiōibus, nisi per peccatum mortale. Patet, quia nūq̄ aliquis separat̄ a cōione sanctorum, q̄ est participatio gratiæ dei, & Sacramentorū, & suffragiorū ad uitam p̄parantiū, nisi per peccatum mortale, quod solū diuidit uel separat hoīem a cōione hmōi, sicut separat ab ipso Deo. Nec etiam fieri potest nisi per peccatū mortale, eo q̄ q̄diu homo est in gratia, tamdiu est particeps cōmunionis triplicis supradictæ, secundū p̄sentē iusticiā. Et cū de⁹ sit iudex iustissimus, non pōt damnificare hoīem, nisi ex eius demerito

E in huiusmodi participatione, ergo corrolariū uerum. Secundo sequit̄, q̄ nunq̄ aliquis iudex pōt aliquem sic excōicare, nisi ipse per crimē prius excōicet se ipsum. Tertio sequit̄, q̄ nunq̄ aliquis iudex debet aliq̄ excōicare, nisi propter crimen, siue propter peccatū mortale. Et istud patet xi. q. iii. ubi dicit̄. Nemo Epōrum quelibet sine certa & manifesta peccati causa, a cōione priuet ecclesiastica sub anathemate. Quia anathema æterna est mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illi qui nō potuerat aliter corrigi, & xxiii. q. iii. C. His ita respondet̄, sic dicit̄. Apud deū non sentētia sacerdotum, sed uita reorum quarit̄. Quia non est notandus sententia quem peccati macula non infecit. Item Lyra super Oseā iiii. in fine dicit. Dimitte Isaael tu Iuda propter malitiā suā, quia sepatū ē cōuiuū eorū, id est excōicatum. Et ii. q. pri. Multi. Excōmunicari quis nō debet nisi pro crimē, per Augustinū. Dicit̄ aut̄ cōiter, q̄ duplex est Excōicatio, scilicet Maior & minor, ut ex. de Sent. excom. si quē de Cleri excōicatione fieri, de excep. ca. ii. Vbi habet̄, q̄ minor excōicatio remouet a perceptiōe Sacramentorum. Maior aut̄ excōicatio separat a cōione fideiū. Minor excōmunicatio est separatio per peccatū mortale a participatiōe bonorum spiritualiū, qua se homo indignificat crimē ad participiū gratiæ consequendū, & illā nemo pōt inferre homini in gratia dei

persistēti. Maior excōicatio est separatio quā Prælati ecclesiæ pub-
 licant in hoïem tanq̄ publicū peccatorē, per quā secludunt eum a
 conuersatione Christianorū, & a Sacramentorū participatiōe. Et
 ista Excōicatio me nunc in processibus & in denunciationibus
 notant, ab omni humana participatione secludētes. Sed benedict⁹
 sit deus, qui non dedit tantā uim illi excōicationi, q̄ posset homini
 iusto uirtutē uel iusticiā auferre, dum humiliter patit̄, nec peccatū
 potest sibi inferre. Sed magis dum patienter sustinuerit, habet ip̄m
 purgare ut farra ferrū, ignis aurum, & habet beatitudinis p̄miū cu-
 mulare, dicente Dño Lucae vi. Beati eritis cum uos oderint hoïes,
 & cum separauerint uos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen ue-
 strum tanq̄ malū propter filium hoïs, Gaudete in illa die, & exulta-
 te, ecce em̄ merces uestra multa est in cælis, secundū hæc em̄ facie-
 bant prophetis patres eorum. **F** Ista aut̄ excōicatio debet esse medici-
 nalis, id est debet esse remediū, ad sanādū hoïem in spiritu, & ad re-
 ducendū in ouile Christi, & ad uitā æternā tanq̄ finē ultimū ordina-
 ta. Vnde B. August. in Omelia de pœnitētia, & habet̄ ii. q. i. Multi.
 Excōicatio nō debet esse mortalis, sed medicinalis. Et vii. in ca. Cū
 medicinalis de sent. excō. lib. vi. Debet em̄ notorius peccator pro-
 pter crimē, post ternā monitiōē siue citatiōē publicam, dum no-
 luerit corripī, cauēri a cōicatione, iuxta Saluatoris p̄ceptū Matth.
 xviii. ubi dixit Petro. Si peccauerit in te frater tuus, uade corripe eū
 inter te & ipsum solum, si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si
 aut̄ non te audierit, adhibe tecum unum uel duos, ut in ore duorū
 uel trium stet omne uerbum. Quod si non audierit, dic ecclesiæ, si
 autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.
 Istud expositum est supra Capite uigesimo primo. In quo innuunt̄
 conditiones Prælati. Hoc tamen adhuc notādum, q̄ dicit Chri-
 stus. Si peccauerit, id est peccatum criminis commiserit, quia pro-
 pter illud est dignus correptione, & non propter quodlibet tale ex-
 communicandus. Sed si ostenderit se incorrigibilem, post ternam
 correptionem, tunc enim ut ethnicus, gentilis, & ut publicanus de-
 bet prudenter deuitari, alias non. Videant ergo Prælati, ut caute
 agant, ne subditos ob temporale lucrū tam facile excōmunicent.

Vnde B. Augustinus in sermone de quadagesima. Nos cōmunio
ne priuare, quanq̄ non possumus, quāuis hac prohibitio nondū sit
mortalis uel medicinalis, nisi aut sponte cōfessum, aut in quo secu
lari siue ecclesiastico iudicio noīatum atq; conuictum. Et idem di
cit sup illo uerbo pri. Corinth. v. Sed si is qui frater iter uos noīat,
ē fornicator, aut auarus, aut idolis seruiēs, aut maledicus, aut ebrī⁹,

G aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Item sciendum, q̄
oīs peccans mortaliter est excōicatus a Deo, iuxta illud Psal. Male
dicti qui declinant a mandatis tuis. Et pri. Corinth. ultimo. Si quis
non amat dñm nostrum I E S V M Christū sit anathema. Et q̄uis
īsta excōicatio uocat̄ minor, eo q̄ non fit solenniter publice a pla
to, tamen ipsam plus timeo q̄ maiorem, qua me afficiunt nunc pla
ti. Sed adhuc maximam Excōicationem plus timeo, quā Sūm⁹ Pō
tifex sedens in iudicio coram oībus angelis & hoībus, damnandos
excōicabit, a participatione beatitudinis æternæ, dicēs Matth. xxv.
Ite maledicti in ignem æternū, qui p̄paratus est diabolo & angelis
eius. Istam debet pensare excōicationem iudex, & cauere ne iniuste
excōmunicet. Nam quicumq; excōicat alium propter lucrum tem
porale, principaliter propter honorem propriū, uel propter iniuriā
propriam uindicandam, uel scienter sine causa criminis, ille excōi
cat se ipsum, debet em̄ excōicare illum quē deus excōicat, propter
crimen, quod scit ipsum perpetrassē, & post ternā monitiōē, & ex
charitate pro honore Dei, & pro salute illius hoīs quem excōicat,
ad profectum aliorū, & ut timeant, & ne eos inficiat. Sicut fecit Pau
lus pri. Corinth. ult. p̄cipiens fornicariū publicū expurgare, & eos
inficeret, & ut spiritus saluus fieret. Et istis pensatis cognosceret fi

H delis, q̄ multi Prælati, Cleri & Laici sunt a Deo excōicati, quia oēs
qui inclinant a mandatis domini. Quā & multi se ipsos excōicant,
dum in alios excōicationem ferunt, uel proclamant, & p̄fertim cle
rici qui quasi quotidie orant in Prima dicentes. Maledicti qui de
clinant a mandatis tuis. Hac breuiter de Excōicatiōe, de qua fecit
positionem solennē sanctæ memoriæ pius Christianus, & magnus
zelator & scrutator legis Christi, Magister Fridericus Epinge Bac
calaureus Iuris Canonici, tractans primum articulum. Nullus Præ

rus debet aliquem excōicare, nisi prius sciat ipsum esse excōicatum a Deo, de qua etiā alibi scripsi. Et si non uis credere, disce in Bethle em in pariete, ibi reperies, quomō iusto non nocet excōicatio, sed proficit, & quare debet etiam iustus timere excōicationem iniustā p̄laticam siue Pilaticam. Quapropter hoc ne aliunde sit responde mus. Secūdo propter periculū iniuste excōicantis. Tertio propter damnum fratrū, quod posset euenire ex fatuis applicationibus cen sura. Quarto ne scādalizen̄ recedentes a ueritate. Quinto ne iniu rien̄ excōicato blasphemando. Sexto ne per ipatentiā cadat a me rito, uel declinet a iusticia, & sic de aliis causis alibi plenius & perti nentius explicatis. Tunc de Excōicatione qua mali bonos a se se parant esset dicendū. Christum em̄ maligni excōicauerunt, & ca cū natum, ut patet Iohañ. ix. Et posset distingui etiam a suo opposito quod est cōicatio in malo, de qua ad Ephes. v. Nolite cōicare ope ribus infructuosis tenebrarum. Et in ii. Iohañ. Qui dixerit ei aue cō municat operibus eius malignis. Et Ecclesiast. xiii. Quā cōicatio sancto ad canem? quasi diceret, nulla. Vnde oīs existens in gratia secundum p̄sentem iusticiam, est ab iniquis excōicatus. Et ista est sancta excōicatio, qua iustus dicitur excōicatus, id est extra cōicati onem uel participationē malitiæ positus. Vnde Apocaly. xviii. ait Iohannes. Et audiui aliam uocē de celo dicentē, Exite de illa popu le meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis, quoniam peruenerunt peccata eius usq; ad cælum. Ro gemus dominum ut nos dignetur in sua conseruare. communica tione, & ab illicita custodire.

CAPVT XXIII.

IAM de Suspensione est dicēdum, ubi Notandum, q̄ Suspēdere in proposito, est ministerium, uel aliquod bonū pro crimine pro A hibere. Vnde quod Decreta antiqua dicunt suspēdere, hoc noua Iura & Decretales ponunt interdicerē, & tunc uocant suspēsiōem ecclesiasticam ab officio, uel a beneficio ecclesiastico, uel iterdictū ecclesiasticū ab officio ecclesiæ exequendo. Supposita ergo diffini tione suspēsiōis iam dictæ, Notādum est, q̄ sicut Deo est propriū

per se primo hoïem excōicare, sic & suspendere. Vnde impossibile est q̄ Papa uel Ep̄s iuste suspendat aliquē, nisi deus prius eū suspēderit. Sicut impossibile est q̄ Papa aliqd iuste cogitet, nisi de⁹ causet prius illam cogitationē. Vnde recte dicit Apostolus ii. Corinth. iii. q̄ non sumus sufficientes cogitare aliqd ex nobis, tanq̄ ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Et ipse Ep̄s sup̄mus dicit Io. hañ. xv. Sine me nihil potestis facere. Ex quo patet, q̄ solū de tāto ualet suspensio indicta a p̄lato, de quāto deus oīpotens ipsam facit. Vnde dei suspētio actiua extēdit se ad sacerdotes, reges & quoscūq; superstites, quos ab officio remouet, uel de uita subtrahit per uindictam. Vnde aliquē suspendit a dignitate sacerdotii, ut Osee iiii. scribit. Quia tu scientiam repulisti, ideo te repellam ne sacerdotio fungaris mihi. Et Esaia primo. Ne offeratis ultra sacrificiū frustra. Et Malachia primo. Nō est mihi uoluntas in uobis, & munus non accipiam de manu uestra. Et Apostolus Christi suspēdit omnes in crimine existentes, a ministerio corporis Christi & sanguinis. Pri. Corinth. xi. dicens. Quicumq; manducauerit panē uel biberit calicē dñi indigne, erit reus corporis & sanguinis dñi. Item pri. Regū ii. legit de graui suspensione Heli, & sui generis, eo q̄ filios suos indibite castigauit, unde dixit Deus ad Heli. Quare calce abiicitis uictimam meā, & munera mea q̄ p̄cepi, ut offerent in templo, & magis honorasti filios tuos q̄ me, ut comederetis primitias oīs sacrificiū Israel populi mei. Propterea ait dñs Israel. Loquens locutus sum, ut domus tua & domus patris tui ministraret coram me, usq; in sempiternū. Nūc autē dicit Dñs. Absit hoc a me, sed quicūq; glorificauerit me glorificabo eum, qui autē contemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies uenit, & p̄cidam brachiū tuum, & brachium domus patris tui. Infra. Hoc autem erit tibi signum, quod uenturum est duobus filiis tuis, Ophni & Phinees in die una moriet̄ ambo, & suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciat. Item de suspensione regis legitur pri. Regum xii. de Saul, qui ultra p̄ceptum Dei pepercit hostibus dei sui, pro eo q̄ abiicisti sermonem dñi, abiicit te dñs ne sis rex. Et patet, quomodo uariatur suspensio, quia aliqua est suspensio ab officio, aliqua a bene

ficio, uel ab aliquo bono, a quo peccator iuste suspenditur propter crimen. Item alia est suspensio de facto, & aliqua de iure, cum aliis **B** subdiuisionibus. Suspensionem autem de iure, ut dictum est, oportet deum principaliter originare & regulare. Suspensionem autem de facto, quandoq; causat Deus per ministros bonos, quandoq; per ministros malos, per se autem deus suspendit quemlibet criminofum. Prælatum a suo officio uel ministerio, dum actualiter est in crimine. Quia eo facto quo incidit in peccatū mortale, peccat, quicquid fecerit, & per consequens prohibetur a Deo, ne sic faciat, & per consequens suspenditur a Deo ab illo officio. Vnde Psalmo quadagesimo nono dicit propheta. Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iusticias meas, & assumis testamētum meum per os tuum? Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti sermōes meos retrorsum. Si uidebas furem currebas cum eo, & cum adulteris portioem tuā ponebas. Os tuum abūdauit malitia, & lingua tua concinnabit dolos, sedēs aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scādalum. Vbi enumerat Deus peccata propter quæ suspendit peccatorē a narratiōe sui testamēti, quod est lex ueritatis. Primū peccatū inobediētia dei, secundū abiectio sermonū, tertiuū furtū, quartū adulterium. Quintū malitia oris, quæ partis in mendaciū, blasphemīā, falsum testimoniū, piuriū, dolū, detractionē, uaniloquium, maledictionem, turpiloquiū, & sic de aliis. Sextū peccatum propter scandalum christi. Ex quo colligit, quod rari sunt iudices prædicatores, & alii qui dei testamentum narrant populo, qui non essent suspensi a Deo, a narratione ipsius testamenti. **C** Notet ergo fidelis in iam dicta suspensione ab officio narrationis testamenti Dei, & ex triplici exemplo supradicto, si Prælati nostri & Clerici a Domino suspendantur. Primo, si repellant a se scientiam scripturæ, & euangelizationem, tunc enim suspenduntur a Domino, ut in minori casu legitur Osee capitulo quarto. Nam Prælati nostri habent utrobiq; maiorem materiam prædicandi & formam, ac causas aliquas, propter quas plus prædicarent quæ sacerdotes in lege ueteri, & minus exercent id officium. Ideo cum sub sit maior ratio, & assit idem dñs, qui non potest de maiori crimine uindictā finaliter

subtrahere, sua exigente iusticia, Patet, q̄ Prælati nostri, si qui sunt huiusmodi, grauius sunt suspensi, & eo iterum grauius quo instare deberent pro lege Christi, feruentius temporibus Antichristi. Quo ad secundam suspensionē de Heli factā a Dño, notet fidelis, si Prælati nostri uel non puniunt, uel culpabilius puniūt suos spirituales filios, q̄ filii naturales Heli sunt puniti per ipsum. Et quo ad discernendum maioritātē illius culpæ, debet fidelis notare hæc duo. Primo, q̄ Prælatus plus obligat̄ spirituali filio q̄ secundū rōnem qua obligat̄ suo filio naturali. Et secundo, q̄ magis detestabilis est punitio pro exhausta pecunia qua peccatū uendit, q̄ est punitio remissa, ad uindicandum Dei iniuriā, pro naturali amore, sicut Heli uideatur suis filiis pepercisse. Quo ad tertiā suspensionē tam in Prælatis q̄ regibus, & aliis seculi principibus, notet fidelis, q̄ ipsi plus deserūt publicis inimicis Dñi, propter priuatum commodū q̄ Saul detulit Amalech, propter cupidinē suorū temporaliū. Quod si sic, nō dubium quin idem Deus, qui non potest p̄terire eandē iusticiam, puniat grauius delinquentes. Vnde signū euidens est de pœnæ grauitate, q̄ deus differt pœnam usq̄ post mortē, & non eos punit aliter in hac uita, sed permittit eos uagari in mundanis prosperitatibus, tanq̄ reprobos incorrectos. Sed heu istam suspensionē triplicē hoīes non aduertunt, & p̄sertim excelsiores seculi, deberent reuera sapius reuoluere, quō tam ab officio q̄ a beneficio perpetuo suspendent̄. Vnde super illo uerbo Numeri xxy. Iratus dñs ait ad Moysen Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis. Origenes omelia xx. sic loquit̄. Dixit dñs ad Moysen ut assumat oēs principes, & ostendet eos dño cōtra solem. Populus peccat & principes ostendant̄ contra solem, id est ad examinandū producunt̄, ut arguant̄ a luce. Vides q̄ sit conditio principum populi? nō solum pro suis propriis arguant̄ delictis, sed & pro populi peccatis cogunt̄ reddere rōnem, ne forte ipsorum sit culpa, q̄ populus deliquit, ne forte non docuerint, ne forte non monuerint, neq̄ solliciti fuerint arguere eos qui initium culpæ dederunt, ut ne cōtagio dispergeret̄ in plures. Hæc enī oīa facere principibus imminet & Doctoribus, si enī illis hæc non agentibus, nec sollicitudinē gerentib⁹,

circa plebem, peccauit populus, ipsi ostentant, & ipsi ad iudiciū pro
 ducunt. Arguit eos Moyses, id est lex dei uelut negligētes & desidēs
 & in ipsos conuertit iracundia dei, & cessat a populo. Hęc si cogita
 rent hoīes, nunq̄ cuperēt, neq̄ ambirēt ad populi principatum. Suf
 ficit em̄ mihi pro meis propriis peccatis & delictis arguar, sufficit
 mihi pro me ipso, & pro peccatis meis reddere rōnem. Quid mihi
 necesse est, etiam pro populi peccatis ostētari ante solem, ante quē
 nihil potest abscondi, uel obscurari, uel occultari. Et subdit. Osten
 tantur ergo principes, & si in illis culpa est, desinit ira dei a populo.
 Hęc Origenes, ostendens quō principes pro peccato luxuriā quā
 commisit popul⁹ sunt grauius redarguti. Ve ergo modernis prin
 cipibus spiritualibus & secularibus, qui per se exercent luxuriā, dan
 do malum exemplū subditis, & non corrigunt subditos, uel si cor
 rigunt, hoc faciūt propter auaritiā, tales sine dubio a Dño suspē
 si sunt ab officio, Nam scribit ex lege Papali tertio Decretaliū de **E**
 uita & honestate Clericorū cap. Fraternitati tuā mandamus, qua
 tenus Clericos nostrā iurisdictionis, qui in Subdiaconatu & supra,
 fornicarias habuerint, studiose monere curetis, ut a se illas remo
 ueant, eas ulterius minime admissuri. Si uero acquiescere contem
 pserint, eos ab ecclesiasticis beneficiis usq̄ ad satisfactionē condig
 nam suspendatis, & si eas suspensi p̄sumperint detinere, ipsos ab iis
 dem beneficiis perpetuo remouere curetis. Vnde, quia non est de
 factis in lege, sed in propositis, qui eam practizarēt, ideo scim⁹. eo
 dem titulo dicit Papa, Prælatos uero qui tales in suis iniquitatib⁹
 p̄sumperint detinere, maxime sub obtentu pecuniā, uel alteri⁹ cō
 modi tēporalis, pari subiacere uolumus ultioni. Et dist. lxxxiii. sub
 auctoritate B. Gregorii dicit. Si quis Epōrum fornicationi Clerico
 rum consenserit, p̄ce uel p̄conio, non impugnando auctoritate sui
 officii, debet suspendi a suo officio. Quā suspensio, secundū Archi
 diaconū, debet esse perpetua, æquiualens depositioni, propter diffi
 cultatem congregandi Epōs, ad deponēdum tales Epōs, uel talem
 Ep̄m, qui sic symōiace uēdiderūt, uel uēdit iusticiā. Et quia Metro
 politanus, ut est Romanus Pontifex, possit esse segnis quo ad suos
 Cardinales in executione huius sanctæ institutionis. Ideo tertio or

Hæc cōsi-
derate O
Sacerdo-
tes cōcu-
binarij.

dinauerunt leges ad confusionis remedium, scilicet q̄ non audiat
missa sacerdotis ab illo, cui est notoriū sacerdotem illū taliter for-
nicari, nec ministren̄ ei bona ecclesiæ ad fouendum facinus. Nam
xxxii. dist. Nullus, sic loquit̄ Nicolaus papa. Nullus audiat missam
presbyteri, quem scit indubitanter concubinā alere &c. Vnde Ale-
xander secundus eadē Dist. sic loquit̄. Precipiendo mandamus, ut
nullus audiat missam p̄sbyteri quē scit concubinam indubitanter
habere. Et sequit̄. Vnde & sancta Synodus hoc sub excoicatione sta-
tuit dicens. Quicumq; Sacerdotū, diaconorū, subdiaconorum, post
constitutum beatæ memoriæ p̄decessoris nostri sancti Papæ Leo-
nis aut Nicolai de castitate Clericorū, concubinā palā duxerit, uel
ductam non reliquerit, ex parte Dei oīpotentis, & autoritate prin-
cipum Petri & Pauli p̄cipimus, & oīno contradicimus, ut missam
nō cantet, nec Euangeliū legat, neq; Epistolā ad missam, neq; in p̄s-
byterio, cum his ad diuina officia qui p̄fate constitutioni obedien-
tes fuerint, maneat, neq; partem ab ecclesia suscipiat. Super quo di-
Fcit Archidiaconus, q̄ populus debet subtrahere a tali decimas uol-
untarias, quia non dat̄ beneficiū non propter officium. Et cū idē
uel maius est iudiciū de quacunq; maiori spiritali fornicatione,
uidef, q̄ inferior debet suspendi a strictiore Pralato, propter quod
cunq; peccatū grauius spirituale. Et cum sit certū, q̄ cruciferina su-
perbia in Pralato negligētia euangelisandi, & auaritia Scariothis
sint peccata grauiora q̄ carnalis fornicatio, manifestū est, q̄ supre-
mus p̄latus Christ⁹ I E S V S, cui ista peccata grauiora sunt sūme
nota, ad suspensionē non flectit̄ propter excusationē aliquā culpa
dignam. Ex quibus cū quarit̄ status ecclesiæ, colligit̄, q̄ a Papa usq;
ad sacerdotē infimū rarus excludit̄ pro dato tempore a suspensiōe
nisi ille qui irrephensibiliter sequit̄ dñm I E S V M Christū. Iā em̄
dictū est quō suspendunt̄ Fornicarij. Item Symoniaci pri. q. i. Qui-
cunq; per Gregoriū, & cap. Reperiunt̄ per Ambrosiū. Item suspen-
dunt̄ Clerici turpibus quæstibus & lucris incubantes, Dist. lxxviii.
Consequens. Et cum oēs tales secundū legē Christi indigne mini-
strāt ecclesiæ, patet, q̄ multipliciter irregularitates & prophanatio-
nes in Clero ecclesiæ sunt cōplexæ. De prophanatiōe dixi in tracta

tu cōtra a luerfariū occultū, ostendens, quō quilibet iniquus p̄sbyter p̄phanat. i. uiolat, execrat & contaminat templū spirituale dei, quod indubie secundū sanctos est dignius in natura q̄ oīa tēpla materialia, q̄ post diē iudicii nō durabūt. Et ue mihi si tacuero, nō impugnans auaritiā, uel Cleri luxuriā manifestā. Nā dist. lxxxiii. dicit. Error cui nō resistit, approbat, & ueritas cum minime defensat, opprimis. Negligere quippe cū posset arguere peruersos, nihil aliud est q̄ fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Ibidē. Quid em̄ prodest illi suo errore nō pollui, qui cōsensum p̄stat erranti? Ibidē. Cōsentire uide ferrati qui ad refecanda q̄ corrigi debent, non occurrit. Vnde B. Greg. ca. xv. sui Pastoralis, adducens illud Threnorū ii. prophetæ. Tui uiderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatē tuā, ut te ad p̄nitentiā prouocarent, sic loquit. Prophetæ quippe in sacro eloquio nōnunq̄ Doctores uocant, qui dū fugitiua esse p̄sentia iudicant, q̄ uentura sint manifestant. Quos diuinus sermo falsa uidere redarguit, quia dam culpas corrigere metuunt, incausum delinquētibus promissa securitate blandiunt, q̄ iniquitatem peccantium nequa q̄ aperit. Quia ab increpationis uoce conticescunt, clauis quippe aperitiōis est sermo correptionis. Quia increpando culpā detegit, quā s̄p̄ nescit etiam ipse qui perpetravit. Hæc ille. Et habet dist. xliii. Sit rector. Et utinā Doctores nostri ista aduerterēt, tūc em̄ non palparēt Prælatorum uitam, nec forent desides aperire ipsis iniquitatem, ut eos ad p̄nitentiā prouocarēt. Ipsi uiderint quot modis aliquis alii in crimine consentit. Nam consentit cooperans, defendens, cōsiliū dans ac auctorizans, nō minans, nec rephēdens. Iam de Interdicto, quo propter unū hominem uel propter plures Clerici angariant plebem Christi, illis em̄ tribus censuris, Excōicatiōe, Suspensione, Interdicto, ad sui exaltationem Clerus populum laicalē sibi suppeditat, auaritiā multiplicat, malitiā protegit, & uiam p̄parat Antichristo. Omnes autem illas tres Censuras accumulāt super inobedientia isto modo. Quod quicumq̄ ipsis ad uoluntatem eorum non obediērit, illum excommunicant & suspendunt ab officio, & dū ipsorū uoluntati cōstanter restiterit, ponūt in populo interdictū,

interdicentes diuinum exercere officiū, Sacramentorū exhibitio-
nem, & sepulturā, & hoibus quantumcunq; iustis, ut per illam exco-
gitatā aggrauationē suam obtineant uoluntatē. Signum autē cui
dens est, qñ ab Antichristo tales procedunt Censuræ, quas uocat in
suis processibus Fulminatiōes, dum feriunt in illos qui p̄dicant le-
gem Christi, & arguunt nequitiam Clericorū. Secundū signū est
q̄ magis illæ Censuræ multiplicant̄ propter inobediētiā ipsis factā
q̄ propter inobediētiā Deo factam, & sic propter iniuriā propriā,
q̄ propter iniuriā Dei nostri. Illo enī modo antiquus hostis exerci-
tatus in malitia procedit, quod supra obediētiā Christi exaltat obe-
dientiam Antichristi, & sic excōicationem usurpat pro sua inobe-
dientia, quam Christus instituit propter inobediētiā deo factam.
Procedit autē isto modo. Primo, discipulū Christi infamat, postea
accusat, deinde citat, excōicat, suspendit, & si non pōt tradere in car-
cerem, uel in mortem, tunc brachiū seculare inuocat, & nec sic ua-
lens uincere, superaccumulat per malitiā interdictū. Principalissi-
me autē sic procedit contra illos qui denudāt nequitia Antichristi,
qui Clerum pro se maxime usurpauit. Vnde pro suo Clero extēdit
illas Censuras, ut pro litigantibus in auaritia Beneficiorū, & dum
populus ad uotū decimam non dederit, si princeps Cleri tēporalia
arrestauerit uel receperit, si aliquis clericus per seculares etiam fur-
nequissimus, uel aliter criminofus captus in custodia, tentus fuerit,
uel si ad effusiōem sanguinis sacerdos uulneratus fuerit, uel etiā dū
licite aliqñ ipsis Prælati obediētiā populus subtraxerit. Christus
autē Summus Pontifex detento propheta, quo nō surrexerit maior
inter natos mulierum, non posuit interdictū, nec dum eum Hero-
des decollauit, Immo dum ipsemet spoliabat, percutiebat, & blas-
phemabat a militibus, a scribis, phariseis, magistratibus & pontifi-
cibus, non tūc maledictionē intulit, sed orauit dicens pro eis Luca
xxiii. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Et illam doctri-
nam tradidit suis membris dicens Matth. v. Diligite inimicos ue-
stros, & benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus
& calumniantibus uos, ut sitis filii patris uestri qui in caelis est, qui
solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos &

iniustos. Vnde istam doctrinam sequens in uerbo & opere primus Christi Vicarius Pontifex Romanus pri. Petri secundo, docet fides dicens. In hoc uocati estis, quia Christus passus est pro uobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamur uestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui cum malediceret, non maledicebat, cumq; pateret, non comminabatur. Et Paulus eadem uia transiens dicit ad Romanos xii. Benedicite persecutibus uos benedicite, & nolite maledicere. Hanc autem doctrinam & alii secuti sunt sancti, qui persecutione sua non fulminabant excommunicationem uel suspensionem, nec ponebant interdictum, sed uenienti grauiori persecutione, magis diuinis ministeriis insistebant. Sed post millenarium soluto Sathana, & Clero impinguato mundi stercoribus, & eleuato in uoluptate, superbia & impatientia, Interdictum coepit originem. Nam Hadrianus Papa qui cepit anno Dñi M. C. LIIII. propter unius Cardinalis uulnerationem totam Romam superposuit interdicto. O qui patiens fuit iste Papa, non tamen ut Christus, Petrus uel Paulus, uel Andreas apostolus. Postea & Alexander tertius anno dñi M. C. LIX. interdixit regnum Angliæ, de Spõsalibus ca. ii. Non est uobis. Papa Celestinus tertius, qui cepit anno M. lxxxii. dicit aliquid de interdicto, in cap. Quasi fuit, de maiestate & obedientia. Postea Innocentius tertius qui cepit anno dñi M. C. xcix. publicauit interdictum per multas Decretales, ut in cap. in Concilio Lateranensi de p̄bendis lib. iii. Decretalium. Postea Bonifacius octauus, Innocentius quartus & Clemens quintus in Sexto & Clementinis interdicta homini dilatarunt. Et sic continuo Clero exarscente in auaritia, pompa seculari, & in impatientia, multiplicatur talia interdicta. Vnde oportet semper fundamentum uel rationem interdicti generalis, quo iusti sine demerito a Sacramentis, ut Communionem, confessionem & cæteris priuantur, & interdum paruuli baptismi. Similiter quare dei minuit in uiris iustis ministerium per interdictum propter unum hominem positum. Valde mirabile esset, si regi terreno tolleret seruitium ab omnibus bonis seruis, propter unum eius seruum qui foret sibi contrarius. Et omnino si propter unum, qui esset bonus & fidelis seruus regis, si Vassallus uolens illum ad suum libitum

flectere, oibus seruis regis interdiceret, ipsi regi ministerium exhibere. Quomodo ergo Papa uel Epūs tam inconsulte sine scriptura uel reuelatione, ualde de facili interdicat ministeriū Christo regi? Posito em̄ generali interdicto in ciuitate uel diocesi, non minuit peccatum, sed auget. Nam iustis denegat sepultura contra scripturam. Ecclesiast. vii. Mortuo non prohibeas gratiam. Quis em̄ dubitat quin mortuos iustos sepelire sit opus misericordiae. Nam Thobiae xii. angelus Raphael sic allocutus est Thobiam. Quando orabas cū lachrymis & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas in domo tua, & nocte sepeliebas, ego obtuli orōnem tuam dño. Quis etiā dubitat quin audire confessionem & consulere ad salutem, p̄dicare uerbum dei, sunt opera misericordiae? Similiter sacramentū Eucharistiae deuoto p̄bere populo, & baptizare. Quae ergo ratio ista subtrahere sine demerito populo dei? Vnde B. Augustin⁹ scribit ad Maximum Ep̄m, & ponitur xxiiii. q. iii. Si habes, inquit, de hac re sententiam certis rōnibus, uel scripturarum testimoniis exploratam, nos docere digneris, quō recte anathematizet̄ pro patris peccato fili⁹, aut pro mariti uxor, aut pro domini seruus, aut quisquā in domo, & nōdum natus, si eo tempore quo uniuersa domus anathemate obligata nascatur, ne ei possit per lauacrū regeneratiōis in mortis periculo subuenire? Hac em̄ fuit corporalis p̄na qua legimus quosdam contemptores dei cum suis omnibus qui eiusdem impietatis participes fuerunt perisse inter sanctos. Tum quippe ad terrorem uiuentiū mortalia corpora perimebant, quādoq; & moritura. Spirituales autē p̄nae qua sic quod scriptum est. Quae ligaueris super terram erit ligatum in caelis, animas obligat de quibus dictum est, ut anima patris ita anima filii mea est. Ania quae peccauerit ipsa moriet̄. Audistis fortasse aliquos magni nominis sacerdotes, cum domo sua quempiam anathematizasse peccantium, sed forte si essent interrogati, reperirentur idoneam mihi non reddere rationem. Ego autem si quis a me quaesierit, utrum id recte fiat, quid ei respondeam non inuenio, nunquam hac facere ausus sum de quorundam facinoribus unanimit̄ aduersus ecclesiam perpetratis, nisi grauissime comonerē.

Sed si tibi quo modo iuste id fiat dñs reuelauit, nequaquam iuuenilem
 ætatem tuam & oneris ecclesiastica rudimenta contemno. Senex
 enim a iuvene & episcopus tot annorum ac collega, nec dum annicu
 lo paratus sum docere, quo modo possum uel deo uel hoibus iustam red
 dere rationem, si animis innocentes pro scelere alieno quod non
 trahunt ex Adam, in quo omnes peccauerunt spirituali supplicio pu
 niam. Etenim Clazianus filius, & si traxerit ex pariete noxam pri
 mi hominis sacro fonte baptismatis expiandam, tamen quicquid
 postquam eum genuit peccati pater eius admisit, ubi particeps ipse
 non fuit, ad eum non pertinere quis ambigit? Quid dicam de con
 iuge? Quid de tot animabus uniuersa familia? Vnde si una anima
 per istam seueritatem qua tota domus ista anathematizata est si
 ne baptisate de corpore exeundo perierit, innumerabilium mors
 corporum si de ecclesia homines innocentes uiolenter abstrahat,
 & interficiantur, huic damno non potest comparari. Si ergo de hac
 re potes reddere rationem, ut & nobis rescribendo pares, ut possim
 & nos, si autem non potes quod tibi est inconsulta commotione ani
 mi facere. Vnde si interrogatus fueris, responsionem rectam non
 uales inuertere. Hæc Augustinus. Ex istis concludit Gratianus sic,
 ut ergo ex autoritate euidentissime monstratur. Illicite excommu
 nicatur quis pro peccato alterius, neque aliqua ratione nituntur, qui
 pro peccato unius in totam familiam sententiam ferunt excommu
 nicationis. Illicita autem excommunicatio notatum non lædit,
 sed excommunicantem. Vbi notandum, quod circa uerba Augustini dicit
 glosa Decreti in cap. summario, quod iste episcopus pro peccato Claziani excōi
 cauerat totam familiam eius, hoc autem uidebat sibi recte fieri posse, tum
 quia pœna corporali quicquid puniunt unus pro peccato alterius, tum quia
 quidam magni nominis sacerdotes pro alieno peccato excōi cauerunt quos
 dicit. In priora parte capituli petit Augustinus ab eo causam & rationem suam opi
 nionis. In sequenti docet, quod neutra predictarum rationum sufficit ad corrobora
 tionem suae sententiae. Tertio descendit ad factum speciale, & probat sen
 tentiam latam in familiam Claziani iniustam. Vltimo consulit Episcopus, ut si suae
 opinionis rationem reddere non uelit, relicto errore, ueritatem de
 beat imitari. Hæc glosa. Vtinam ergo dictum B. Augustinus, cum ista glosa

perpenderent excōicantes, & interdictum generale propter unum
 hoīem in ecclesia uel ciuitate ponentes, quare afficiunt excōicatio
 ne & interdicto communitatem, q̄ non est culpabilis, & om̄ino q̄
 priuant bonos & deuotos presbyteros diuino ministerio, & deuotū
 Dei populum sacramentis, & ipsum deum honore qui sibi tunc ex
 hibet, & mortuos sepultura, & sapi⁹ paruulos baptismo, qui sine eo
 decedunt & damnant, iuxta sententiam Augustini. Vnde dicit Glo
 sa Decreti super illo uerbo. Si una anima per istam seueritatē qua
 tota dom⁹ ista anathematizata est, sine baptismo de corpore ex
 eūdo perierit, innumerabilium mors corporum, si de ecclesia hoīes
 innocentes uiolenter abstrahant, huic damno nō potest compara
 ri. Dicit Glosa Argumentum. Maius peccatū est si una anima per
 peccatum infidelitatis pereat, q̄ si innumerabilium martyrum cor
 pora p̄ deo occidant, & hoc uidet̄ ad literā dicere. Si innocentes de
 ecclesia extrahantur, & si martyrum corpora pereant, non est dam
 num, sed dicit̄ secundum uulgare homicidiū ibi esse. Item dicit glo
 sa. Grauius peccat cuius culpa anima pueri de hac uita sine bap
 tismo decesserit, q̄ qui multos innocentes de ecclesia abstrahendo
 peremerit. Sed heu ista om̄ia non aduertit Clerus cæcatus malitia
 qui ob non solutionem aliquando pecuniæ paruulæ, etiam homis
 pauperis non ualentis soluere, priuat per interdictum sacramentis
 ecclesiæ, ut dictum est, populum. Non sic docuit Christus, qui p̄ser
 tim docuit Clerum nō contendere iudicio, dicens Lucæ vi. Qui te
 percutit in unam maxillam, præbe ei alteram. & ab eo qui auferet
 tibi uestimentū, & tunicā noli prohibere. Omni petenti te tribue, &
 qui aufert q̄ tua sunt, ne repetas. Sed Clerus impatiēs illam Christi
 doctrinā saluberrimā, audiens deridebit. Nec mirū, quia dicit post
 ea Saluator Matth. vii. Ois qui audit uerba hæc & nō facit ea, simi
 lis est uiro stulto qui ædificat domū suā supra arenā. Quis inquam
 stultior est uir q̄ Clerus qui fundans se in mundi stercorebus, uitā
 Christi & doctrinā habet in derisum? ad tū em̄ iam pessundatus
 est Clerus, q̄ odit eos qui frequenter p̄dicāt, & noīant dñm Chr̄m,
 & dū qs allegat pro se Christū, statim dilatato ore & rācorato, dicūt,
 Es tu Chr̄s, & more phariseorū illos deturpāt & excōicant qui Chri

stū cōfitem. Vnde, quia p̄dicauī Christū & suū euāgeliū, & detexī
 Antichristū, uolens ut Clerus uiueret iuxta legem Christi, disposue
 runt Prælati primo cum Dño Suicone Pragenſi Archiep̄scopo
 Bullam ab Alexādro Papa, ne in Capellis prædicaret̄ uerbum dei
 ad populū. A qua Bulla appellauī, & nunq̄ habere audiētiam po
 tui. Vnde citatus, ex causis rationabilibus non comparui, propter
 quod Excōicationem ordinauerūt per Michaelem de Causis, post
 factam concordiam, & iam ultimo procurauerunt interdictū, quo
 plebem Christi angariant sine culpa. Vellem ergo, q̄ Doctores di
 centes, q̄ in processibus non prohibet̄ purum bonum, nec p̄cipitur
 purum malum, sed sola media, probarent hæc, & primo q̄ proba
 rent interdictū tam generale esse mediū inter purū bonū & iter
 purum malum, q̄ innocentes priuat sacramentis & sepultura, serui
 tium diuinum impedit, & nil boni inducit, nisi scandala, detractio
 nes & odia. Et quō poterunt doctores ostendere hoc esse licitum, ex
 cōicare a sacramentis, a sepultura, & a diuinis seruitiis dei populū,
 de quo, ut dictum est, potissimus Doctor ecclesie B. Augustinus re
 darguit Auxiliū ep̄scopum, & probatio Doctorum combinata
 ex hypocritica palliatiōe, & rusticorum argutia, non satisfacerent
 Augustino pro ratione, cum dicunt Doctores. Sed secundum stylū
 ecclesie & Curie Romanæ consuetum & obseruatū. Ecce pallia
 tio hypocritica. ante patres patrum nostrorum. Ecce rusticorū ar
 gutia, p̄cipiantur ibi sola media, S. Doctores cuius ecclesie est ille
 stylus, nunq̄ Apostolicæ? Dicite cuius Apostoli est stylus ille, uel cu
 ius sancti post Apostolos? Nunq̄ est Christi stylus, illius capitis ec
 clesie sanctæ, in cuius stylo omnis ueritas utilis ecclesie est cōnten
 ta. Sed rogo, ubi continet̄ istud dictum, omnem locum, ciuitatem,
 oppidū, uillam, seu Burgum exemptum seu non exemptū, ad quē
 cūq̄ uel quæ idem Dñs Iohannes Hus declinauerit, & quādiu ibi
 dem fuerit, & moram traxerit, & post ei⁹ abinde recessum per tres
 dies naturales continue duraturos. In his scriptis in tanto ecclesia
 stico subiicimus interdicto, & uolumus in eisdem cessari a diuinis.
 Forte ibi fundat̄ ille stylus. Oportet semper orare, & non deficere. N
 Lucae xviii. Vel ibi. Laudate deū omnes gentes. Et ibi. In om̄i loco

IOHANNIS HVSSITÆ DE

laudate dñm. Sed quid dicent styli auctores, si contigerit Ioannem Hus uenire ad ciuitatem sanctam Ierusalem, in qua non cessant Cherubici & Seraphici clamare quotidie una uoce dicentes Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus Sabaoth. Nunquid propter fulminatorem cessabunt ibi a diuinis? sic ut Christus aduocatus iustus non intercedat ad deum patrem pro fidelibus membris suis, uel quod non clamer chorus angelicus Sanctus Sanctus Sanctus dñs deus Sabaoth. Cessabit ne illa uox de qua Iohannes Apocalyp. v. dicit. Audiui uocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium & seniorum, & numerus eorum millia millium, uoce magna dicentium, dignus est qui occisus est accipere uirtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem, & omnem creaturam quae in caelis est, & quae super terram, & sub terra, & in mari, & quae in eo sunt. Nec dicunt Doctores, quod istud est impertinens, nam omnes creaturae rationales secundum stylum Curiae Romanae, subiacent mandato ipsius Curiae. Nam omnis creatura humana subiacet Romano Pontifici dicente stylo ipsius in Extrauagante Bonifacii octaui. Porro subesse Romano Pontifici omni humanae creaturae declaramus, dicimus & diffinimus oino esse de necessitate salutis. Similiter creatura angelica ipsi Romano Pontifici subiacet, dicente stylo Curiae in Bulla Clementis Papae. Mandamus angelis Paradisi, quod animam illius a purgatorio prorsus absolutam, ad paradisi gloriam introducant. Cum ergo secundum illum stylum Curiae omnis creatura rationalis tam angelica quam humana Romano subiacet Pontifici in mandato, & stylus in processu eiusdem Curiae dicit, quod ad quemcumque locum exemptum uel non exemptum Iohannes Hus declinauerit, & quod diu ibidem fuerit, ecclesiastico subiiicimus interdicto, sequitur, si quod per summe possibile ad absolutam Dei potentiam Iohannes Hus per mortem ad caelestem Ierusalem declinauerit, ipsa subiiici debet ecclesiastico interdicto. Sed benedictus sit Deus omnipotens, qui praecepit ut angeli cum omnibus sanctis in ipsa caelesti Hierusalem non subiaceant huiusmodi interdicto. Benedictus quoque sit Christus Summus Romanus Pontifex, qui dedit gratiam suis fidelibus, quod non existente aliquo Romano

Pontifice pro dato tempore, ad cali patriam possunt duce Christo dño peruenire. Quis em̄ diceret, q̄ Agnete muliere existente solum apparéter Papa per duos annos & per quinq; menses nullus hoim foret saluus. Vel iterum post mortem Papa tempore medio inter mortem Papa, & inter electionem successoris, nullus tunc hominũ morientium saluaret̄. Benedictus etiam sit Deus omnipotens, q̄ ordinat suam militantem ecclesiam sic uiuere, q̄ mortuo Papa nõ ideo ipsa est decapitata, uel mortua. Quia nõ ex Papa, sed ex Ch̄o capite dependet eius uita, & q̄ infatuato Papa, & facto haretico, ecclesia militans manet fidelis sponsa dñi I E S V Christi. Benedictus etiam sit dominus, qui unum caput existens ecclesie, ipsam in unitate cõseruat sic efficaciter, q̄ tripertito uocato capite in Papis maneat unica sponsa dñi I E S V Christi. Nunc em̄ Balthasar dictus Iohannes xxiii. est in Roma, Angelus Corrarii dictus Gregorius xii. in Arimno, & Petrus de Limna dictus Benedictus in Aragonia, cur unus ex illis pater uocatus sanctissimus, de plenitudine potestatis non compellit reliquos cum eorum adharētibus, ut sub sint suæ iurisdic̄iõis, Ex quo dicit stylus Romanæ curiæ, qui habet super quolibet hoie in terra plenitudinẽ potestatis? Satis ergo fundamentum debile est pro fundamento & probatione, ut aliquid te neatur infrangibiliter assumere stylum Romanæ Curie. Nam libro sexto de constitutionibus dat̄ pro regula, q̄ duobus super eadẽ prouisione literas a Papa habentibus una die, is cui Papa Canoniatum contulit p̄ferendus est, cui non dedit Canoniatum ignorã rante executore, quis primus impetrauerit. Si aut̄ sint pares in gratia quo ad formam styli Papalis, is qui pri⁹ presentauit erit potior in Præbenda. Et tertio, si æquales fuerint in his tribus, tunc Canonici quibus spectat collatio, uel maior pars eorum, tenetur eligere, reliquo carente fructu gratiæ. Nisi ex tenore Papalium literarum expresse appareat, q̄ Papa utriq; illorum uoluerit prouidere. Ista autem trimembris styli Curie maxima uidetur esse principium cõtra Christum, quia supposito, sicut in maiori parte contingit, q̄ Præpositus in Canoniatu uel tempore in præsentatione, uel ostẽ sione gratiæ, uel tertio in Capituli electione sit reliquo quantum/


libet indignior quo ad Deum, tunc ex ista styli maxima debet iudicari contra Christi iudicium. Ex quo sequitur, q̄ illa styli maxima est contra conscientiam, & per consequens contra Christum. Quæ ergo probatio, stylus Romanæ Curiaē cōsuetus & obseruatus illud concedit uel asserit, ergo est legi Christi consonum catholice acceptandum. Illa autem rusticorum argutia quam Doctores ponunt, q̄ ante patres patrum nostrorum sic est creditum uel obseruatum Satis concluderet, q̄ ipsi Doctores crederent & obseruarent erroneas consuetudines gentilium & Iudæorum, immo q̄ colere deberēt Beel, sicut Boemi dum erant gentiles coluerunt. Habent pro se illud Ezech. xx. In præceptis patrum uestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiat. Qualis ergo probatio Doctorum inuerecunda? ante patres patrum nostrorum illud fuit creditum, obseruatum uel tentum, ergo a nobis debet credi, obseruari, & teneri. Talia em̄ insulsa argumēta insulsi homines faciunt, ad excusandas excusationes in peccatis. De numero illorum non est ille, qui Psalmo C. V. dicit. Peccauimus dñe cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Patres nostri in ægypto non intellexerūt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis misericordia tua. Et si forte Doctores dicant, q̄ in suo dicto notant patres patrū, sanctos prophetas uel Apostolos, uel posteriores sanctos, tunc posuissent expresse ipsorum scripturam, contra quam nō foret cuiquam licitum rebellare, & cessasset instantia eorum, infringēs argutiam uel rationem, quando dicunt, q̄ in processibus secundum stylū ecclesie & Curiaē Romanæ cōsuetum & obseruatum ante patres patrum nostrorum, præcipiunt ibi sola media inter pura bona & inter pura mala. Quis em̄ sanctorum patrum, prophetarum, Apostolorum, uel aliorum sanctorū præcipit, q̄ ubicunq; declinauerit homo etiam pessimus, q̄ ibi cessent a diuinis. Christus em̄ uidens inobedientissimum Iudam & traditorem suum, nō cessauit a diuinis in cœna sua magna, Immo ipso assistente exercuit diuina, & dedit ei corpus suum sanctissimum & diuinissimum ad manducandum & monuit constantius discipulos, ut uigilarent, et orarēt secum, ne propter uolentiam inuasionem scribarum, pharisæorum & ponti-


ficum intrarent in temptationem. Nec piissimus Pōtifex cessat ab
 oratione diuinissima, dum blasphemaretur & crucifigeretur, sed
 orauit pro suis crucifixoribus dicens, Pater dimitte illis, quia nesci
 unt quid faciūt. Lucæ xxiii. Vnde cum clamore & lachrymis orās,
 exauditus est pro sua reuerentia, ad Hebræos y. Vnde & sui ueri &
 manifesti Vicarii, Apostoli & alii sancti sunt ipsum in illo imitati
 & primo Stephanus qui Actuum sexto dixit. Domine IESV ne
 statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Et est mira-
 bile, quare propter Iudæos qui negant Christum esse deum, & sic
 totam eius legem nō faciunt interdictum, uel propter manifestos
 Symoniacos qui sunt præcipui hæretici, a sanctorum Apostolorū
 & aliorū sanctorū scriptis maledicti, excōmunicati, suspensi & in-
 terdicti, & a sãcto sacerdotio alieni. Ratio est, quia illi Symoniaci
 uendunt & emunt excommunicationes, suspensiones & interdicta.
 Et illis tanquam armis potissimis suam nutriunt & defendunt Sy-
 moniam. Nec est necessaria probatio, cum patet etiam Symōiaca
 mercatio ad oculum, etiam rusticis qui ab ipsis Symoniacis anga-
 riantur, uexantur, opprimuntur & spoliantur. Nam ad tantum iua-
 liuit Symoniaca & Giezitica hæresis, q̄ non morose, sed importune
 & oportune ad commercandum homines, etiam inuiti ad crimen
 huiusmodi impelluntur. Et omnis mercatio huiusmodi oritur ex
 stylo Romanæ Curia, qui alias Episcoporum Curias in stylo sibi
 Symoniaco & Giezitico subalternat. Patet in literis dimissorialib⁹
 cōfirmationum, absolutionum, admissionum, & in aliis ad exhau-
 riendum pecunias adiuuentis, Iam de condemnatione xlv. articu-
 lorum esset dicendū. Sed breuiter dico, q̄ usq; hodie Doctores præ-
 torii non probarunt, q̄ quilibet eorum est, aut hæreticus, aut erro-
 neus, aut scandalosus. Sed miror, quare iam Doctores non docent
 in prætorio q̄ non practicetur articulus de ablatione temporalium,
 puta iste. Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre
 bona temporalia ab ecclesiasticis habitualiter delinquētibus. Iam
 tacent cum Pontificibus & phariseis, nec cōgregantur ad prætorium
 ut cōdemnent illum articulum, practizantes, pro certo quod time-
 bant euenit eis, & eueniet in posterum. Perdent enim temporalia,


sed det Deus ut cōseruent animas suas. Dicebant Doctores, q̄ dum
fuerit facta condemnatio articulorum, tunc est pax & concordia.
Sed uersa est eorum prophetia in oppositam qualitatem. Nam gau-
debant condemnantes, & lugent census dantes, condēnauerunt istū
articulū, Decimæ sunt puræ elemosynæ. Et multi uenientes ad p̄to-
riū, perebant ut eorū census q̄ sunt elemosynæ nō tollerēt. Sed qui
dam domini de pratorio respondebant dicentes, Ecce uos
prius cōdemnastis, q̄ Decimæ sunt puræ elemosynæ,
& iam dicitis q̄ sunt elemosynæ, & sic contra con-
demnationem attemptatis. Et tantum ad
prafens, relictis aliis in posterum
differendis.


EXPLICIT TRACTA

T V S M A G I S T R I I O H A N
N I S H V S, Q V E M C O L L E
git Anno Domini M. CCCC. XIII. Et
est pronuntiatus publice in Ciuitate
P R A G E N S I.









N. Lat. 344.

